220. 988, abril 25.

Segofredo y su esposa permutan con el abad Odón un molino que poseían en el término de Porciá, por una "fexa" de tierra, situada en el mismo lugar, y cincuenta y dos sólidos.

REGESTA: MAS, *Taula*, 335; *Notes*, IV, 119 (n.º CLXXXV).

A. C. A., Cart., f. 57, n.º 211.

In nomine Domini. Ego Segofredo, et uxor mea Igilo, cõmutatores sumus tibi domno Odo, abba, et fratres tuos monachos. Manifestum est enim quia comutamus vobis molinum nostrum proprium cum omni sua instrumenta, cum suo rego et caput rego et suo discurso, vel cum omni sua utensilia sicut bonum molinum habere debet et molere bene debet, et cum terra que in circuiti ipsum molinum habemus et pratum que iuxta ipsum aque discursum est, et duos salices vel unum casalem que infra est, qui mihi advenit, ad me, Seginfredo, per mea comparatione, et ad me, Igilo, per meum decimum vel per mea compara seu et per quacumque voce. Et est hec omnia in comitato Barch., in Riopullo, ,in terminio de Porciano. Que affrontat: de oriente in terra de s. Michael, de meridie in terra de Guisimiro, de occiduo in terra similiter de Guisimiro, de circi in terra de Erovigio. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comutamus vobis ipsa omnia iam dicta ab integre simul cum exios et regressios suos. Et accepimus nos comutatores in placitum et paccionem nostram vestra ex parte una fexa de terra et L solidos, nobis placibile. Que est ipsa fexa de terra in supra meminito loco, sicut in nostra comutacione retinemus, est manifestum. Quem vero predicto molino et omnia superius comprehensa que nos vobis comutamus, de nostro iure in vestrorum tradimus dominio et potestate ab omni integritate perhenniter vobis habendum et possidendum et vobis presentes et successores vestri futuri, quemadmodum habetis et possidetis ceteris munificentiis cenobii vestri pertinentibus, et ullam vocem ibidem ad opus nostri non reservamus. Quod si nos comutatores, aut ullusque homo qui contra hanc comutationem venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus vobis cenobique vestro hec omnia in quadruplum simul cum omni sua inmelioracione. Et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione VII.º kal. madii, a. I.º regnante Ugo Magno, rege.

S+m Seguifredo; S+m Igilo, qui ista comutacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Riculfo; S+m Leopardo; S+m Ermomiro; S+m Guillelmo; S+m Estovallo; *S+m Abellonio*.

S+m BONUSHOMO, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

221. 988, junio 4.

Ingilberto permuta con el abad Odón una tierra que poseía en "Palacio Abzido" con la fuente existente en ella.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 251, 549. — Mas, *Taula*, 406; *Notes*, VI, 195 (n.º MCCXLII).

A. C. A., Cart., f. 64, n.º 244.

In nomine Domini. Ego Ingilbertus, comutator {sum} tibi, Odo, gratia Dei abba et cuncta congregacione s. Cucuphati. Manifestum est enim quia convenit ut comutacione fecissemus inter nos, sicuti et facimus. Dono namque vobis in vestra comutacione vestra terra mea propria quod habeo in territorio Barchinone, in terminio de Palatio Abzido. Et aderet se predicta terra cum ipsa fonte qui ibidem manat; et advenit mihi per vocem parentorum meorum. Et affrontat prenotata terra, de omnesque partes in terra s. Cucuphati. Quantum easdem affrontaciones includunt dono vobis in vestra comutacione, ab integre, et iure vestro hoc trado, ad proprio. Quod si nos, comutatores, aut ullusque homo qui contra hanc comutacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componamus supradicta terra in duplo cum omni suo inmelioracione sua. Et in antea ista prescriptura firma permaneat omnique tempore.

Facta ista scriptura comutacionis II.º nonarum iunii quo cepit Hugo Magnus regnare.

S+m Ingilbertus, qui hanc comutacionem feci et testes firmare rogavi; S+m Comparatus, cui nomen vocant Wilelmo; S+m Leopardus; S+m Witisindus; S+m Riculfus.

Atto, monacus, qui hanc scriptura comutacionis scripsi sub ss. annoque prefixo et die.

222. 988, junio 10.

Beliardis, llamada Llobeta, con sus hijos, otorga al Monasterio un alodio sito en Riusech y Saltells, del término de "Palacio Audito".

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 549. — Mas, *Taula*, 333; *Notes*, IV, 120, (n.º CLXXXVI).

A. C. A., Cart., f. 54 *v*, n.º 199.

In nomine Domini. Ego Belliardis, femina, que vocant Lobeta, et filios meos, id est, Franco et Bernardo, donatores sumus domum s. Cucuphati cenobio, qui est situs in comitatu Barch., in locum que vocitantur Octaviano. Certum quidem et manifestum est enim quia sic placet animis nostris, et placet, nullus coegentis imperio nec suadentis ingenio, set propria et expontanea elegimus cum Deo bona voluntas, ut ad iam dicto cenobio donari fecissemus alodem nostrum propter Deum et remedium animarum nostrarum parentorum nostrorum. Ideo donamus ibi alodem nostrum qui mihi advenit, ad me, Belliars, que vocant Lobeta, per mea compara vel per meum decimum et per luctuosum de filio meo qd. Miro, et de filia mea qd. nomine Richildis, et ad

me, Francho et Bernardo, de genitores nostros. Et est ipsum alode in comitato iam dicto, in terminio de Palatio Audito, in locum que dicunt Rio Sicco et in locum que vocant Saltellos. Que affrontat: de orientis in molinare de Ermengarda, femina, vel suos heres, de meridie in Rio Sicco, de occiduo in terra de iam dicto monasterio que fuit ipsa terra de Eldemaris qd., de circi in Maliola qui fuit de Durabile vel in ipsa strata. Quantum istas affrontaciones includunt, sic donamus ipsum alodem ab integre, simul cum ipsa casa et solo et superposito, et cum casalibus, cum orto et arboribus, cum molino et sua resclosa, cum suo rego et subtus rego, et cum suo cacabo et sua aiacentia, vel cum exios et regressios suos, ad domum s. Cucuphati supralibato, ad proprio, et iure eius servientes contradimus, ita ut ab hodierno die et tempore, alba vel monachi qui presenti tempore ibidem consistunt, et ad future consisterint, plenam potestatem habeant agere et facere de hec omnia quicquid voluerint, sicuti et de aliis munificenciis domui eius pertinentibus. Quod si nos, donatores, aut ullusque homo qui contra hanc mercedem largicionis venerit ad inrumpendum, ad nichilum remeet eius assertio, et insuper componat hec omnia in quadruplum ad domum iam dictum veluti sicut Patres sancxerunt. Et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione IIII.° idus iunii, a. I.° regnante Ugo magno, rege.

S+m Belliardis. femina, qui et Lobeta vocitata; ✠ Franco, filius eius; S+m Bernardo, qui adhuc scribere nescio eo quod puer sum, qui ista mercede largicionis fecimus et firmare rogavimus; S+m Guimara; S+m Vuitardo; S+m Riculfo; S+m Inguilberto; S+m Senderedus, presbiter, ss.

☧ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

223. 988, julio 23.

Juan y su esposa, llamada "Bonamocia", otorgan al Monasterio un alodio sito en Pinells, término de Olérdola.

REGESTA: Mas, *Taula*, 594; *Notes*, IV, 120 (n.° CLXXXVII).

A. C. A., Cart., f. 126, n.° 414.

In nomine Domini. Ego Iohanne, et uxor mea, Origelle, que vocant Bonamocia, donatores summus domum s. Cucufati cenobio, qui est situs in comitato Barch., in Vallense, in locum Octaviano, alodem nostrum proprium quod habemus in ipsa marchia de Penedes, in terminio de Olerdula, in locum que dicunt Pinellos, in suburbio iam dicto, qui nobis advenit per nostra compara vel et per quacumque voce. Que affrontat: de horiente in ipso torrente que inde discurrit, vel in ipsa limite, de meridie similiter in limite qui exinde deducitur, de occiduo in ipso prato vel in ipso torrente vel in terra de Elevegodo, de circi in iam dicto torrente, qui iam primitus suprataxavimus. Quantum istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, terras, vineas, arbores, hortos, hortalibus, plantariis, domibus, curas, edificiis, pratis, pascuis, fontibus cum illorum discursibus, omnia et in omnibus, sic donamus ista omnia ad cenobium iam dictum, totum ab integre, in tali tenore, ut hoc teneamus nos et posteritas nostra, et per unumquemque annum serviamus et nos et posteri nostri qui hoc

possiderint solidos x ad supralibato martire. Quod si nos donatores, aut ullus prepotens, seu alicuius homo, qui contra hanc donacione a nobis ad supra prefato cenobio facta et concessa, venerit et consurrexerit ad inrumpendum, sit illis primum iram Dei omnipotentis collata, et urguat super eis celestis romphea ad perdendum et ad dissipandum, et a congregacione christianorum semper efficiantur exules, et a misericordia Dei viventis, semper maneant extores, et cum Iuda Scariotheno, pseudo apostolo, inter crepitantibus Baratri flamibus, efficiantur paribus, et {in} resurreccione secunda existant heredibus, et insuper pro temporali pene componat predictum alodem ad domum supralibatum in quadruplum, prout ss. Patres sanxerunt, et in antea ista donacio omni tempore suam habeat firmitatem.

Facta donacione x.° kal. aug., a. II.° regnante Ugone, qui fuit magno duci.

S+m Iohanne; S+m Origel, que vocant Bonamocia, qui ista donacione fecimus, firmarique rogavimus; S+m Erovigio; S+m Seniofredo; S+m Scluva.

℣ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

224. 988, julio 26.

Undrica vende al abad Odón una viña del término de "Palacio Avodid" y de Reixach por nueve sueldos.

REGESTA: Mas, *Taula*, 402; *Notes*, IV, 121 (n.° CLXXXVIII). — Aesbicher, *Études*, 31.

A. C. A., Cart., f. 59 *v*, n.° 224.

In nomine Domini. Ego Undricha, femina, vinditrice sum tibi Odo, abba nutu Dei s. Cucuphati cenobi, emtore. Per hanc scriptura vindicionis me[e] vindo tibi vinea mea propria, ipsa mea hereditate, qui mihi avenit per mea comparacione vel per meum decimum vel per quacumque voce; et est in comitato Barch., in terminio de Palatio Avozid, vel in Rexacho. Et affrontat: de aquilonis in terra de Consemiro, et de meridie in terra s. Cucuphati, et de occiduo in vinea Condemar, presbiter, et de circi in terra Consemiro. Quantum infra istas IIII affrontaciones includunt, sic vindo tibi ipsa vinea ab integrum, cum exio vel regressio suo, id est, in propter precium solidos VIIII, et nichil exinde precium non remansit; est manifestum. Quem vero ista vinea de superius scripta de meo iure in vestro trado dominio potestate et presente die et tempore, ita quod ea vinditrice, autque homo qui contra hanc ista carta vindicione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat tibi in duplo cum omne inmelioracionem, et in antea ista vinditio firma stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista carta vindicione VII.° kal. Agusto, a. II.° regnante Ugo, rege.

S+m Undricha, femina, qui ista carta vindicione fecit et testes firmare rogavit; S+m Guitesindo; S+m Salomone; S+m Argefredo.

S+m Suniario, qui ista vindicione scripsit ss. sub die et anno quod supra.

225. 988, agosto 9.

Seniofredo vende al abad Odón unas propiedades sitas en Saltells o Riusech por diez sueldos.

REGESTA: MAS, *Taula*, 404; *Notes*, IV, 121 (n.° CLXXXIX).
A. C. A., Cart., f. 62 *v*, n.° 235.

In nomine Domini. Ego Seniofredo vinditor sum vobis domno Odo, abba, et fratres tuos monachos s. Cucuphati cenobio, emtores. Per hanc scripturam vindicionis mee vindo vobis ipsa mea porcione qui mihi contingit per vocem genitores meos et per vocem fratrem meorum atque sororum qui in Barchinona perierunt; et est ipsa portio in comitato Barch., in terminio de Palatio Auzito, in locum quem dicunt Saltellos vel Riosicco, id est, terra cum casa, et curte, et arbores, cum ortis vel ortalibus, sub reganeis, et molinaribus cum suo rego et capud rego et cum resclosar cursu subtus rego vel discursu. Que affrontat ipsa hec omnia: de oriente in molinare de Ermengarda, femina, vel in flumine Riopullo, de meridie in Riosicco, de occiduo in terra s. Cucuphati qui fuit de Eldemarus qd., de circi in ipsa strata vel in ipsa vinea qui fuit de Durabile vel in ipso maliolo qui fuit de Teudeberga, femina. Quantum infra istas affrontaciones mea particula est, et sors mea est, vel esse debet per vocem heredum meorum suprascripti vel meminiti, sic vindo vobis ipsa omnia ab integre et ditioni vestre conmuto in propter precium solidos X quod manibus meis accepi; est manifestum. Quem vero predicta omnia que vobis vindo, de meo iure in vestrorum trado dominio simul cum exiis et regressiis earum et potestate, a proprio, et nullam vocem ad futuram ibidem ad opus meum {non} reverso, sed omnimodas voces que ego ibidem per quacumque voce habeo vel haberi debeo, in dominatione et potestate vobis ea commito. Quod si ego, vinditor, aut ullusque homo qui contra hanc vinditione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam vobis ipsa hec omnia in duplo cum omni sua inmelioracione, et in antea ista vinditio suam habeat firmitatem.

Facta vinditione IIII.° idus agusti, a. II.° quod cepit regnare Ugo, qui fuit magno duci.

S+m Seniofredo, qui ista vendicione feci et firmare rogavi; S+m Vuitardo; S+m Sesemundo; S+m Nevolendus; ✠ Baldomar, ss.

⁂ BONUSHOMO, levita, scripsi et ss. cum duas litteras fusas in verso III.° die et anno quod supra.

226. 988, agosto 26.

Seniofredo entrega al Monasterio una mojada y cuatro dextros de tierra en el término de "Palacio Avozid".

REGESTA: MAS, *Taula*, 409; *Notes*, IV, 121-2 (n.° CXC).
A. C. A., Cart., f. 66 *v*, n.° 263.

In nomine Domini. Ego Seniofredo, donator sum tibi s. Cucufati cenobi. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, nullus quoque agentis

imperio nec suadentis ingenio, set propria expontanea mea mihi hoc elegit cum Deo bona voluntas, ut tibi predicto s. Cucufati cenobi cartam donacionem fecissem, sicuti et facio tibi de terra modiata I et dextros IIII qui mihi avenit per mea comparacione vel ullaque voce. Et est in comitato Barch., in terminio de Palatio Avozid. Et affronta: de oriente et de meridie et de occiduo in terra s. Cucuphati, et de circi in terra de me donatore. Quantum infra istas IIII.or affrontaciones includunt, sic dono tibi ipsa terra, ab integre, cum exio vel regressio suo; et est manifestum, et de meo iure in tuam trado dominio et potestatem ad omnia que volueritis facere. Quod [si] ego, donator, aut ullusque homo, qui contra hanc ista carta donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat ipsa terra in duplo cum omne suam inmeliorationem, et in antea donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista carta donatione VII.° kal. sept., a. II.° regnante Ugo, rege.

S+m Seniofredo, qui ista donacione feci et testes firmare rogavit; S+m Felicio; S+m Gitesindo; S+m Ingilberto.

S+m Suniario, qui ista donatione scripsit sub ss. die et anno quod supra.

227. 988, septiembre 11.

Edo (Udalgeiro) otorga al Monasterio un alodio que fué de Pulcra, sito entre Agudells, Sardañola y "Aqualonga".

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 65, 126, 149, 549. — Mas, *Tauld*, 222; *Notes*, IV, 122 (n.° CXCI).

A. C. A., Cart., f. 17, n.° 37.

In nomine Domini. Ego Edo, que vocant Udalgeiro, donator sum domum s. Cucuphati cenobii quod est situs in comitato Barch., in locum Octaviano; dono ei alodem meum proprium quod fuit de Pulcra, femina, omnem suam hereditatem, quod illa habuit in comitato Barch., infra terminos, id est de predicto domo s. Cucuphati usque in ipso monte Acutellos, et de villa Cerdaniola usque in valle vel villa que dicunt Aqualonga, id est, in casis, in curtis, solis et superpositis, terris et vineis, ortis, ortalibus et pascuis, arboribus et pomiferis et glandiferis, sive garricis; quod mihi advenit hec omnia superius inserta per comparatione sive per quacumque voce, exceptus ipsa tercia parte. Quantum superius resonat, vel infra hos terminos supradictos ego habeo per predicta voce, sic dono ista hec omnia ad domum supra insertum, ab integre, simul cum exiis et regressiis earum. In tale captione ut dum ego vixero teneam et possideam in subditione cenobitantes s. Cucuphati, et servire faciam per unumquemque annum libras II de cera. Post obitum vero meum, si filios relinquero de legitimo coniugio, tenere faciam ista omnia suprascripta in subtuicione predicta, et donare faciant per unumquemque annum ipsa tasca ad predictum s. Cucuphati. Quod si filios non relinquero de legitimo coniugio, remaneat hec omnia ad cenobium iam dictum, totum ab integrum, propter Deum et remedium anime mee. Quod si ego donator aut ullusque homo qui contra ista donatione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut ego componam ipsa hec omnia in duplo cum omnem suam in-

meliorationem, ad cenobium iam dictum proprie ei adfuturum, et in antea ista donatio suam habeat firmitatem.

Facta donatione III idus sept., a. duo regnante Ugone, magno rege.

S+m Edo, que vocant Udalgeiro, ego qui ista donatione feci et firmare rogavi; S+m Viulelmus; S+m Leupardus; S+m Baldomar, ss.

Ss. Alaricus, presbiter et monachus, qui hanc donatione scripsit et ss. die et anno quod supra.

228. 988, noviembre 21.

Llopart y su esposa Aldovara dan al Monasterio dos mojadas de viña situadas en "Palazo Auzide" para remedio de su alma.

REGESTA: MAS, *Taula*, 336; *Notes*, IV, 122-3 (n.º CXCII).

A. C. A., Cart., f. 57 *v*, n.º 214.

In nomine Domini. Ego Lopardus, et uxori mea Adovara, tibi donum s. Cucuphati martir cuius ecclesia sita est in locum ubi dicunt Palazo Auzide. Maniefstum enim quia placuit animis nostris, et placet, nullus quoqueagentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria expontanea mihi hoc elegit cum Deo bona voluntas, ut tibi predicto domum s. Cucuphati dono tibi modiatas II de vineas legitimas nostras infra metum temporum. Que est ipsa vineas in pago Barch., in locum ubi dicunt Palazo Auzide. Affrontat ipsa modiata I de vinea, de circi in vinea de Eldemare, vicario, de aquilonis in ipsa astrada publica, de meridie in vinea de s. Cucuphati, de occiduo similiter. Et ipsa alia modiata de vinea que est in ipsa valle que dicunt Odolino, affrontat de circi in vinea de s. Michaelis, de aquilonis in vinea de Recosinde vel filios suos, de meridie et de occiduo in vinea de me donatore. Quantum in istas totas affrontaciones includunt, sic dono atque concedo ipsas modiatas II de vineas a prefacti domum s. Cucuphati propter Deum et remedium anime nostre, Lopardo et Adovara qd., ut servientes domum s. Cucuphati potestatem habeant ipsas modiatas II de vineas tenere, usuare, exfructare modo vel omnique tempore. Et qui contra hanc ista scriptura donacionis ad inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed in primis ira Dei incurrat, et istas vineas duplare facias cum sua inmelioracione, et ista donatio suam habeat firmitatem.

Facta scriptura donacionis XI.º kal. dec., a. II.º regnante Ugo Magno, rege.

S+m Lopardus; S+m Adovora, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Ramio; S+m Petrus; S+m Oreluzo.

S+m BLADINGO, qui ista donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

229. 988, noviembre 30.

Juan otorga al Monasterio una parte del molino que poseía junto al río Ripoll, más una mojada de viña y una yugada de tierra sitas en "Palacio Avuzid".

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 625. — Mas, *Taula*, 331 y 410-11; *Notes*, IV, 123 y 126-7 (n.° CXCIII y CXCIX).

C: A. C. A., Cart., f. 68 *v*, n.° 268.

C′: A. C. A., Cart., f. 53, n.° 190.

Como son dos copias de un mismo original, anotamos al margen las diferencias de transcripción.

In nomine Domini. Ego Iohannes, donator sum ad [1] domum s. Cucuphati cenobii qui est fundatus in comitato Barch., in locum quem [2] dicunt Octaviano. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, nullius quoegentis [3] imperio nec suadentis ingenio, sed propria expontanea mea mihi hoc elegi cum Deo bona voluntas, ut ad [4] predicto domo carta donacionis fecissem de aliquid de proprietatem meam, sicuti et facio. Dono namque ibidem ipsa mea porcione de ipso mulino [5] quod ego habeo iuxta flumen Riopullo sive de ipsos mulinares, cum suis capud aquis et suos regos et subtus regos et illorum discursibus [6], id est, ipsum tercium, ab integre, et item dono a predicto domo modiata I de vinea, et item dono [7] a predicto domo in una bovada de terra ipsum tercium. Qui est hec omnia in comitatum [8] Barch., in terminio de Palacio Auzido [9]. Et si ipso molino inmeliorare volueritis, cum alios meos heredes licenciam habeatis per ipsa mea parte. Hec omnia dono cum suas affrontaciones. Et ipsa modiata de vinea affrontat: de circi, in vinea de Lobeta vel suos eres, de aquilonis et de meridie in vinea de fratres meos, de occiduo in terra de Lobeta. Et ipsa terra affrontat: de circi in terra de Richel [10], de oriente [11] in vinea de Seniofredus, sive in terra de Emo, femina, vel filios suos, de meridie in terra s. Cucuphati, de occiduo similiter. Quem vero predicta omnia que ibidem dono, de meo iure in potestate trado de s. Cucuphati vel eius servientes, ad habendi, vindendi, donandi, comutandi, vel quid exinde facere voluerint, libera in Dei nomine, plenam habeant potestatem. Quod si ego donator, aut ullusque homo, qui contra hanc donacione venerit pro [12] inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componam [13] a [14] predicto domo vel eius servientes hec omnia in duplo cum sua inmelioracione, et ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione II.° kal. dec., a. II.° quod cepit regnare Ugo Magno, re[ge] [15].

S+m Iohanne, qui hanc donacione feci et firmare rogavi; S+m Miro; S+m Ricuso [16]; S+m Vllirico, que vocant Bonutio; S+m Viadario; S+m Leopardus; S+m [17] Baldomar, ss.

S+m Suniefredus, presbiter, et scripsi cum [18] litteras fusas in verso III.° vel in octavo [18] et ss. die et anno quod supra.

1, a, *C.* — 2, que, *C.* — 3, coegentis, *C′.* — 4, a, *C′.* — 5, molino, *C′.* — 6, discursus, *C.* 7, donono, *C.* — 8, comitatu, *C′.* — 9, Avuzido, *C′.* — 10, Richulde, *C′.* — 11, orient, *C′.* 12, ad, *C′.* — 13, componamus, *C′.* — 14, ad, *C′.* — 15, *falta en C′.* — 16, Riculfo, *C′.* — 17, ✠, *C′.* 18, cum - octavo, *falta en C′.*

230. 988, diciembre 11.

Petrone, presbítero, otorga al Monasterio una tierra situada en el lugar de "Aqualonga".

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 546. — Carreras, *Notas hist. Sarriá.* — Durán, *Las relaciones*, 237. — Mas, *Taula*, 288; *Notes*, iv, 123-4 (n.° cxciv). — Peray, *San Cugat*, 112.

A. C. A., Cart., f. 18 *v*, n.° 43.

In nomine Domini. Ego Petrone, presbitero, donatore sum. Manifestum est enim quia dono ad domum s. Cucufati cenobii, quod est situs in comitatu Barch., in locum que dicunt Octaviano, terra culta et erema cum vinea et arbores qui infra sunt, simul cum ipso aquis discursio, meum proprium, qui mihi advenit per comparatione sive per quacumque voce; que est hec omnia in comitatu Barch., intus in ipsa valle de Aqualonga. Affrontat hec omnia: de parte circi in torrente sive in terra et in vinea de s. Petri cenobii, de oriente in strada publica, de meridie in vinea erema s. Cucuphati predicti sive in torrente et in vineas de Domnutio et in terra de Iozfredo, de occiduo in rio que dicunt Aqualonga. Quantum istas affrontaciones includunt sic dono ea omnia ad predictum cenobium, totum ab integre, simul cum exios et regressios earum, in ea videlicet ratione ut quandiu ego vixero hoc teneam et possideam absque ullius inquietudine et deserviam exinde ipsa tasca ad predictum domum de ipsos fructos quod Deus ibidem dederit. Et post obitum meum teneat similiter et possideat hec omnia unum ex propinquis meis qui ea debitavero vel concessero, et deserviat exinde ipsa tasca. Post obitum vero eius remaneat ad iam meminito cenobio, totum ab integrum, ut servientes domum ipsius licentia habeant exinde agere vel facere quicquid voluerint, quemadmodum et de aliis munificentiis monasterii huius pertinentibus; et ita de meo iure in illorum trado dominio et potestate, a proprio. Quod si ego donator, aut ullus homo, qui contra hac donatione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componam, hec omnia ad domum predictum in quadruplum, prout sancti Patres sancxerunt, et hac donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione iii idus dec., a. ii regnante Ugo, rege, qui fuit magno duci.

S+m Petrus, presbiter, quia hac donatione, feci scripsi et ss. propria manu olografa, et firmatoribus suptus roborati ad firmandum tradidi; S+m Mozione; S+m Adalus; S+m Salomon; S+m Ariemundus; S+m Uvimara.

Bonushomo, levita, qui et iudex ss.

231. 988, diciembre 14.

Guadamir, su esposa Gontizia y Tudisclo venden al abad Odón tierras, casas, corrales, huertos, etc., sitos en "Palacio Ozido" por cincuenta sueldos.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 251. — Mas, *Taula*, 335; *Notes*, iv, 124 (n.° cxcv).

A. C. A., Cart., f. 56 *v*, n.° 208.

In nomine Domini. Ego Vuadamirus et uxori sue Gontizia, et Tudisclo, nos simul in unum vinditores sumus vobis domno Odone, qui est aba de domum

s. Cucuphati cenobii, emtores. Per hanc scripturam vindicionis nostre vindimus nos tibi terras et vineas,et casas, et curtes, et orto cum illorum arboribus qui nobis avenit per nostra comparatione sive vel per quacumque voce. Et est hec omnia in comitatum Barch., in terminio qui dicunt Palacio Ozido. Et affrontat ipsa hec omnia: de parte circi in terra de Gomarus, presbiter, et de aquilonis in ipsas vineas de Recemirus vel suos heres, et de meridie in terra de s. Cucuphati iam dicto, et de occiduo in rio de Ripullo. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic vindimus nos tibi terras et vineas, et casas, et curte, et orto cum illorum arboribus, totum ab integrum, cum exio et regressio earum, in precium solidos quinquaginta,, et nichil exinde de ipsum precio apud nos emtores, non remansit; et est manifestum. Quem vero predictas terras et vineas et casas et curtes et orto cum illorum arboribus, sicut superius resonat, de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestate, a proprio. Quod si nos vinditores, aut ullusque homo qui contra hanc ista carta vindicione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componamus ipsa hec omnia in duplo cum omnique suam inmeliorationem, et in antea ista carta vindicio firma permaneat omnique tempore.

Facta carta vinditione x.°viiii.° kal. ian., a. ii.° regnante Ugo Magnus atque rex.

S+m Vuadamirus; S+m Gontizia; S+m Todisclo, qui unc ista carta vindicione fecimus et firmare rogavimus; S+m Petrus; S+m Vuitardus; S+m Raimundus, ss.

Guifredus, presbiter, qui ista carta vinditionis scripsit et ss. die et anno quod supra.

232. 988, diciembre 17.

Berica y su esposa Igilo dan al Monasterio un alodio sito en Castellar, excepto la casa que vendieron a Franco.

REGESTA: Mas, *Taula*, 305; *Notes* iv, 124-5 (n.° cxcvi).

A. C. A., Cart., f. 41, n.° 134.

In nomine Domini. Ego Berica et uxor mea Igilo, donatores. Manifestum est enim quia donatores sumus ad domum s. Cucuphati cenobio qui est situs in comitatu Barch., in locum que dicunt Octaviano, alodem nostrum proprium cum domibus, et curtis, cum solis et superpositis, cum vineis et arboribus, cum ortis, vitis et arundinetis, cum regos et subtus regos. Qui mihi advenit, ad me, Berica, per mea compara vel per quacumque voce, *et ad me, Igilo, per meum decimum seu et per quacumque vo*ce. Et hec omnia est in comitato iam dicto, in confinio de Cercitulo et de Aqualonga, in locum que dicunt ad ipso Castellare. Que affrontat hec omnia: de oriente in ipso torrente qui est prope domos que dicunt Cortes vel in terra s. Cucuphati predicto, de meridie, in vineas de Guitardo et terra, et in terra s. predicti Cucufati vel in terra de Suniario atque in terra de Eimo, femina, que vocant Blancutia, suosque heres; de occidente in flumine Rio Rubio, de circi in terras s. iam dicti Cucuphati. Quantum istas affrontaciones includunt sic donamus ad domum

s. Cucuphati iam dicto, exceptus ipsa mansione que ad Franco venundavimus cum ipsa terra qui supra ipso pugio est, omnia quantum superius resonat, totum ab integre, sub ea videlicet ratione, ut in diebus vite nostre hoc teneamus et nos et posteritas nostra in subditione s. Cucuphati predicto cenobitantesque domui ipsius, et per singulos annos deservire faciamus vel deservire faciat posteritas nostra ipsa decima ipsaque tascha, et non liceat nobis nec illis ibidem aliquid patrocinari, nec senioraticum facere, nec ipsa omnia inalienare, nec alieno iuri transducere nisi ad cenobio iam dicto. Et si tantum nobis necesse fuerit, pro aliqua penuria, ista omnia aut aliquantulum ex his venundari, non nos liceat ad alium nisi ad domum predictum vindere cenobitantes ipsius. Et ita hec omnia supratáxata de nostro iure in eius tradimus dominio ad proprio. Quod si nos, donatores, aut et ullus homo, qui hoc disrumpere pertemptet, componat aut componamus iam dicta omnia in quadruplo ad iam supratáxato cenobio, prout ad sancti Patres est institutum, et in postmodum huius conlatio in omnibus habeat roborem.

Facta donatione x.°vi.° kal. ian., a. ii.° regnante Ugo, Magno rege.

S+m Berica; S+m Igilo, qui ista donatione fecimus et firmari rogavimus; S+m Senderedo; S+m Godemar; S+m Ennego; ✠ Baldomar, ss.

✠ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

233. 989, enero 15.

Navio permuta con el abad Odón un alodio que poseía en el término de Porciá y Reixach, por unas tierras sitas en Llissá.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 10. — Mas, *Taula*, 413; *Notes*, iv, 125-6 (n.° cxcvii). Aebischer, *Études*, 102.

A. C. A., Cart., f. 72 *v*, n.° 283.

In nomine Domini. Ego Navio, comutator sum tibi Odo, gratia Dei abbas et fratres monachos s. Cucuphatis cenobio. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, ut vobiscum comutari fecissem alaudem meum que ego habeo in comitatu Barch., in Vallense, in Riopullo, in terminio de Porciano, vel in terminio de Rixago, id est, in ipso uno molino condirecto, vel in ipsos molinares, et in ipsos regos et capud regos et subtus regos sive discursos et in ipsa terra vel in ipsos ortales, et veridicarios, et arbores, sive in ipsos pratos, ipsa mea hereditate, id est, ipsum quartum, ab integrum. Et in ipsa alia terra qui est in terminio de Rixago totam vobis comuto, ab integre; qui mihi hec omnia advenit pro mea hereditate seu et per quacumque voce. Et accipio in comutacione mea, vestra ex parte, alias terras vel orto quod habetis in comitato iam dicto, in terminio de Liciano, in confinio de Vallense. Que affrontat predicto molino vel molinares cum regos et caput regos sive discursus, et terra vel ortales et veridicarios, et arbores atque pratos: de oriente in terra de iam dicto cenobio vel in terra de Erovigio, et de Amello, femina, de meridie similiter in prato de predicto s. Cucuphati vel in terra de Segofredo vel de Guinsemiro, de occiduo in terra et prato de iam dicto cenobio et de Erovigio, de circi in terra de Segofredo vel de Anna, femina, suosque heres.

Et ipsa alia terra que est in terminio de Rixago que vobis ab integre comuto affrontat: de oriente in terra de Cipriano, de meridie in terra de Viadario, de occiduo in via et in terra de Guirigille, de circi in terra de Egiga. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comuto vobis premissa illa omnia sicut superius resonat ipsa mea hereditate vel ipso quarto, ab integre, simul cum exios et regressios suos. Et de meo iure in vestro trado dominio et potestate, ad vestrum proprium, ut licentiam exinde habeatis agere et facere, quemadmodum et de aliis munificentiis domui iam dicti martiris pertinentibus, et vos presentes et vestri successores adfuturi. Quod si ego, comutator, aut et alicuius homo qui contra hanc comutacione a me vobis facta venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vendicare, sed componat aut coponam predicta omnia ad cenobium predictum in quadruplum, prout sancti patres sancxerunt, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione x.°viii.° kal. feb., a. ii.° regnante Ugo rege, qui fuit magno duci.

S+m Navio, qui ista comutacione feci et firmare rogavi; S+m Ennego; S+m Venrello; S+m Giscafredo; S+m Leopardo; S+m Riculfo; S+m Todebertus.

✠ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

234. 989, enero 15.

Adalaizis permuta con el abad Odón unos alodios de "Palacio Auzito" por otros situados en el suburbio de Lliçá.

REGESTA: Mas, *Taula*, 408; *Notes*, iv, 126 (n.° cxcviii).

A. C. A., Cart., f. 66, n.° 255.

In nomine Domini. Ego Adalaizis, femina, comutatrix sum tibi, Odo, abba et fratres tuos monachos s. Cucuphati cenobio. Manifestum est enim quia comuto vobis alodem meum proprium propter alium vestrum alodem. Et est ipsum meum alodem in comitato Barch., in terminio de Palacio Auzito, in Riopullo, id est, molinare vel molinares, regos et capud regos cum illorum discursibus et subtus regos, cum arboribus et fructiferis seu et arundinetis, pratis, et casis, et curtis, meum proprium; qui mihi advenit per mea hereditate vel et per quacumque voce. Que est hec omnia in iam dicto loco affrontat: de oriente in terra que fuit de qd. Sesemundo, et est de filia sua Richildis, de meridie in Riopullo vel in terra predicto s. Cucuphati cenobio, de occiduo in terra s. Cucuphati predicto, de circi in terras similiter de s. Cucuphati suprataxato. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comuto voibs ibidem ipsa mea hereditate, id est, ipso quarto totum ab integre, propter alium vestrum alodem que vos habetis in suburbio prefato, in Liciano. Quem vero predicta omnia, que ego vobis comuto, de meo iure in vestro trado dominio et potestate, ad proprio, ut quicquid exinde agere vel facere volueritis, et vos et successores vestros, in omnibus licentiam habeatis quemadmodum et de aliis munificentiis domui iam dicti pertinentibus simul cum exios et regressios suos. Quod si ego comutatrix, aut alicuiuscumque hominis qui contra hanc comuta-

cionem venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam vobis cenobiique vestro supratáxato hec omnia in quadruplum, prout sancti Patres sancxerunt, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione x.°viii.° kal. febr., a. ii.° regnante {Ugone}, rege, qui fuit magnus dux.

S+m Adalaizis, femina, qui ista comutacione feci et firmare rogavi; S+m Venrello; S+m Riculfo; S+m Lepardo; S+m Giscafredo; S+m Navio, qui hoc disposui {et notui} et ordinavi per vocem tutoris mee proprietatis de filiam fatris mei qd. Delani, que in tuicionem accepi et teneo.

℣ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

235. 989, marzo 15.

El abad Odón da a Llopart un alodio con casas y corral sito en "Lliçà de Vall" por el censo de un par de gallinas.

REGESTA: Mas, *Notes*, iv, 127 (n.° cc).

A. C. A., Cart., f. 355, n.° 1039.

In nomine Domini. Ego Odo, gratia dei aba, simul cum fratres meos monacos s. Cucufati cenobio tibi Leopardus donatores sumus tibi alaudem ex nostro monasterio. Manifestum est enim quia donamus vobis terra cum arbores et casa cum curte et solo superposito, qui nobis advenit ex nostro iam dicto monasterio. Et est ista predicta in comitato Barch., in Valense, in terminio de Liciano subteriore; qui afrontat: de oriente in terra de Escluva vel eresque suos, de meridie similiter, de occiduo in terra de Aurucio, vel eres suos, de circi in terra de Escluva. Quantum istas afrontaciones includunt, sic donamus tibi predicta homnia, ab integre, et iuri tua comitimus, ut tu ea omnia teneas et posideas et abeas, et tu et posteritas tua absque inquetudine, et deservias exinde per annos sinculos tu posteritasque tua qui hoc fuerint, et posederint duas gallinas ad nostrum iam dictum monasterium, et ita sub uius condicionis caucio tibi eam donamus, et concedimus, prout supra contextimus feliciter.

Facta donacione id. marc., a. ii.° quod cepit Ugone rege regnare in Francia, ille qui fuit magno duce.

℣ Odo, gratia Domini abba cenobii s. Cucufati, ss.; ℣ Ferreolus, presbiter et monachus; S+m Ioannes, levita et monachus; Ss. Wadamirus, levita et monacus; S+m Arnulfus, levita et monacus, ss.; Ss. Senderedus, presbiter monacus; ℣ Ermemirus, levita et monachus; ℣ Wiscafredus, presbiter et monacus, nos simul in unum cunta congregacio s. Cucufati, pari assencientes, anc donacione fecimus et testes firmare rogavi; S+m Venrelilus; S+m Ballomar; S+m Aurucio.

℣ Seniofredus, presbiter, escripsi et sub [ss.] die et anno quod supra.

236. 989, mayo 28.

Gilsenda, Marcucio y otros venden al abad Odón una tierra que heredaron de sus padres, situada en "Palacio Auzid".

REGESTA: Mas, *Taula*, 336; *Notes*, IV, 127-8 (n.° CCI).
A. C. A., Cart., f. 57 *v*, n.° 213.

In nomine Domini. Ego Gilsenda, femina, et Marchutio, et Odesindo, et Infante, et Ermegodo, vinditores sumus tibi Odo, abba nutu Dei s. Cucuphati cenobii, emptore. Per hanc scripturam vindicionis nostre vindimus tibi terra nostra propria pariliata I.ª que nobis avenit per parentorum nostrorum; est in comitato Barch., in terminio de Palacio Auzid. Et affrontat: de aquilonis in terra de Daniel, et de meridie in terra vel vinea de Emo, femina, et de occiduo in ipso torrente que discurrit et de circi in terra de Bonessimo. Quantum infra istas IIII affrontaciones includunt, sic vindimus tibi ipsa terra, ab integrum, cum exio et regressio suo, id est, in propter precium solidos VI, et nichil exinde precium non remansit; est manifestum. Quem vero ipsa terra de superius scripta de nostro iuro in tuam trado dominio potestate et presente die et tempore; eo quod si nos vinditores, aut ullusque homo qui contra hanc ista carta vindicione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componamus tibi in duplo cum omnem suam inmeliorationem, et in antea ista vinditio firma stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista carta vinditione V.° kal. iunii, a. II.° regnante Ugo, rege.

S+m Gilsenda; S+m Marchutio; S+m Odesindo; S+m Infante; S+m Ermegodo, qui simul in unum ista carta vindicione fecimus, et testes firmare rogavimus; S+m Bonushomo; S+m Gintesindo; S+m Cristulfo; ✠ Elias, presbiter, rogatus, quod signum sumpsit de femina nomine Infante, vinditrice, ss.

Suniario, presbiter, qui ista carta vinditione scripsit ss. sub die et anno quod supra.

237. 989, mayo 29.

Ana y su hijo Seniofredo permutan con el abad Odón un alodio junto al Ripoll, en Porciá, cerca de Moncada, por otras tierras situadas en el Vallés, en el lugar denominado Buada.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 620. — Mas, *Taula*, 409; *Notes*, IV, 128 (n.° CCII).
A. C. A., Cart., f. 67, n.° 259.

In nomine Domini. Ego Anna, femina, et filio meo Seniofredo, comutatores sumus vobis domno Odo, abba fratresque vestros monachos s. Cucuphati cenobio. Per hanc comutacionis nostre comutamus vobis alodem nostrum proprium, id sunt, terras subreganeas cum casa et curte et casales, et molinum et molinares cum suos regos et {subtus regos,} sive capud regos cum illorum

discursibus, pratis, pascuis, arboribus, fructuosis et infructuosis; qui mihi avenit, ad me, Anna, per luctuosos seu et per meum decimum vel et per quacumque voce, et ad me, Seniofredo, per vocem genitorum meorum et per donacione genitrice mea seu et per quacumque voce. Et est hec omnia in comitato Barch., iuxta Riopullo, in terminio de locum que dicunt Portiano, prope Montem Catanum. Que affrontat ipsa una terra cum ipsos molinares et ipsos verdicarios et ortales cum arboribus: de circi in terras s. Cucuphati suprataxato, de orientis in terra de Guinsemiro, de meridie in flumine de Riopullo, de occiduo in terra de Gondemare, presbitero, et heres suos. Et alia terra cum ipso mulino et ipsos molinares, cum casa, et curtes, solo et superpositos, cum pratis, et arboribus, affrontat: de circi in terra qui fuit de Esteges, de orientis in terra qui est de Erovigio vicario, de meridie in terra vel pratis s. Cucuphati cenobio vel de Guinsemiro et de Stegeso qd., de occiduo in terra s. Cucuphati prenotato. Et alia terra cum prato affrontat: de circi in ipso rego molinario, de oriente in terra et prato de Guinsemiro vel et qui fuit de Stegeso qd., de meridie in flumine Riopullo, de occiduo in via vel in terra de Guinsemiro. Alia pecia de terra affrontat: de circi in ipso regario vel in terra de Erovigio vicario, de oriente in terra de Erovigio vicario, de meridie in terra qui fuit de Ato heresque suos, de occiduo in terra de Seniofredo. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comutamus vobis predicta omnia, ab integre, et iuri vestro transducimus atque tradimus. Et accepimus nos in nostra comutacione alias terras que vos nobis comutastis in supradicto comitato, in Vallense, ad ipsa Buada; est manifestum. Quem vero predicta omnia que nos vobis comutamus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestate, ut quicquid exinde agere vel facere volueritis, plenam in omnibus licentiam pociatis. Et si nos comutatores, aut alicuius homo, qui contra hanc comutacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vendicare, sed componat aut componamus vobis predicta omnia in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione IIII.° kal. iunii, a. II.° quod cepit regnare Ugone, rege, qui fuit dux magnus.

S+m Anna, femina; Seniofredo, ss., qui ista comutacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Oliba; S+m Suniario; S+m Ragnefredo; S+m Vuifredo.

☧ Bonushomo, levita, scripsi et ss. cum litteras fusas vel in duos locos ubi dicut "in terra qui fuit de Ato", et ubi dicit "et si nos comutatores", die et anno quod supra.

238. 989, agosto 3.

Rosell y su esposa entregan al Monasterio una casa con sus tierras, sita en el término de "Aqualonga".

REGESTA: MAS, *Taula*, 290; *Notes*, IV, 129 (n.° CCIII).
A. C. A., Cart., f. 20 *v*, n.° 52.

In nomine Domini. Ego Rosello et uxor mea Ermelle, donatores sumus domum s. Cucuphati cenobio, qui est situs in comitato Barch., in locum Octa-

viano. Manifestum est enim quia donamus terra nostra cum casa, cum solo et superposito, ad cenobium iam dictum. Que est hec omnia in comitato iam dicto in terminio de Aqualonga. Et affrontat: de orientis in ipso torrente que inde discurrit, de meridie similiter, de occiduo in terra de Uuimara, de circi similiter vel in terra de s. Cucuphati. Quantum istas affrontaciones includunt sic donamus predicta omnia ad cenobium iam dictum simul cum exiis et regresiis earum, ab omni integritate, propter Dominum et remedium anime nostre. In tali ratione, ut nos donatores, vel filiis nostris filiabusque, qui de nos ambo fuerint procreati hec omnia teneamus et possideamus sine ullius inquietudine et molestacione, et de ipsos fructos quod Deus in ipsa terra dederit, ipsa tascha servire faciamus ad suprataxatum cenobium; et non liceat nobis hoc alienare vel ad domum supralibatum in cuiuslibet modo fraudare, nec senioraticum ibidem alium facere, nisi abba et cenobitantibus supranotato cenobio. Quod si nos donatores, aut alicuius homo, qui contra hanc donatione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vendicare, set componat aut componamus predicta omnia ad cenobium iam dictum in quadruplum, prout sancti Patres sancxerunt, et in antea ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta donatione III nonas augusti, a. III regnante Ugone rege, qui fuit magno duci.

S+m Rosello; S+m Ermelle, qui ista donatione fecimus et firmare rogavimus; S+m Guilelmo; S+m Bonutio; S+m item alio Guilelmo.

℣ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra, cum litteras superimpositas in verso v ubi dicit "qui de nos ambos".

¶ 239. 989, septiembre 26.

El conde Borrell vende a Ennego unas tierras situadas en Cervelló.

A. C. A. Monac. perg. San Cugat, n.º 67. Orig.

In nomine Domini. Ego Borrello, gratia Dei comes atque marchio, vinditor sum tibi Ennego, emptore. Per anc scriptura vindicionis mee vingo tibi || terras in duos locos meas proprias quod abeo in comitato Barch., in terminio de Castrum Cervilione. Advenit mihi per parentum || meorum, sive per ullasque voces. Afrontat ipsa terra: de circi intus in {rio de Cervilione}, de aquilonis in terra de te emptore, de meridie || in strada publica, de occiduo in torrente qui discurrit in rio de Cervilione. Alia terra: de circi afrontat in terra de Garsens, femina, et in || ipso Cannedo, de aquilonis in flumine Lubricado, de meridie in terra de te emptore, de occiduo similiter. Quantum infra istas || totas affrontaciones includunt, sic vindo tibi ipsas terras in duos locos, ab integrum, cum exios et regressios illorum, in precio solid c, quod tu emptor || precium mihi dedisti, et ego de te accepi, et nihil exinde apud te remansit; est manifestum. Quem vero predictas terras que [tibi vindo] de meo iuro in || tuo trado dominio a potestate, ad omnem integritatem, ut quicquid facere vel [vindere volue]ris liberam, in Dei nomine, abeas plenam [potestatem, a proprio]. Quod si ego vinditor, aut ullusque homo, qui contra hanc vindicione pro inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed comp[onat aut compona-

mus] || ipsas terras in duplo cum omnem illorum inmelioracione, et anc vindicio firma permaneat omnique tempore. ||

Facta [carta vindicione] VI.° kal. || oct., a. III.° regnante Ugo magnus.

S+m Borrellus, gratia Dei comes et marchio, qui anc vindicione feci et nomen || suum digito suo impressit et firmiter firmavit et firmare rogavi; || S+m Arnaldo; || ✠ Ermengaude, prolem Borrellum comes; || S+m Radelfo; S+m Adalberto; || Seniofredus, ss. ||

✠ Elias, presbiter, qui anc vindicione scripsi et ss. die et anno quod supra, apud litteras superpositas in verso III.° ubi dicit "rio de Cervilione".

240. 989, agosto 28.

Seniuldo entrega al Monasterio una tierra y una viña que poseía por donación del conde Borrell, sita en Vall Oriola.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 199. — MAS, *Taula*, 223; *Notes*, IV, 129 (n.° CCIV).

A. C. A., Cart., f. 17 *v*, n.° 39.

In nomine Domini. Ego Seniuldo, donator sum s. Cucuphati cenobio, qui est situs in comitato Barch., in locum Octaviano. Manifestum est enim quia dono ei terra et vinea meum proprium, qui mihi advenit per donationem senioris mei Borrello comite, seu per quacumque voce; et est hec omnia in comitatu iam dicto in terminio de Aqualonga, in valle Oriola. Affrontat: de occiduo in vinea de Senderedo et in terra de Durando, de alias vero partes in alodem de iam dictum cenobium affrontat. Quantum istas affrontaciones includunt, sic dono ipsa omnia ad cenobium iam dictum, ab integre, simul cum ipsas oblias, et ipso servitio, et cum exiis et regresiis earum, et de meo iure in eius trado dominio et potestate, ut quicquid exinde facere vel agere voluerint cenobitantibus ipsius, et presentes, futuri plenissimam in omnibus obtineant licentiam, quemadmodum et de aliis munificentiis domui predicti pertinentibus obtinent et habent, propter Deum et remedium anime mee. Et si ego donator, aut ullusque homo, qui contra hanc donatione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vendicare, sed componat aut componam hec omnia ad cenobium iam dictum in quadruplum prout sancti Patres sancxerunt, et in antea ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta donatione V kal. sept., a. III quod cepit regnare Ugone rege, qui fuit rex magnus.

S+m Seniuldo, qui ista donatione feci et firmare rogavi; S+m Baio; S+m Tassio; S+m Ennego.

✠ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

241. 989, noviembre 13.

Autemir vende al abad Odón una tierra situada en Vallmajor, que le fué otorgada por el conde Borrell, por el precio de doce sueldos.

REGESTA: Mas, *Taula*, 415; *Notes*, IV, 129-30 (n.° CCV).

A. C., Cart., f. 74 *v*, n.° 296.

In nomine Domini. Ego Autemir, vinditor sum vobis Odo, gratia Dei abba simul cum fratres meos monachos s. Cucuphati, emtores. Per hanc scriptura vindicionis me vindo vobis terra mea propria, quod habeo in terminio de Rexag, in valle que dicunt Val Magor, qui mihi advenit per carta donationis quod mihi fecit Borrellus, comes, vel per quacumque voce. Et affrontat ipsa terra: de orientis in terra de Ficel, femina, de meridie in terra de Lubato vel de suos heres, de occiduo similiter, de circi in terra de Trasovario. Quantum istas quatuor affrontaciones includunt, sic vindo vobis terra mea propria suprascripta, ab integrum, propter precium solidos XII, et de meo iure in vestro trado dominio et potestatem, ab omne integritatem, ut quicquid exinde facere vel iudicare volueritis liberam, in Dei nomine, habeatis plenam potestatem, a proprio, cum exios vel regressios suos. Quod si ego, vinditor, aut ullusque homo, qui contra hanc vinditione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componam vobis ipsa terra in duplo cum omni sua inmelioracione, et ista vinditio firma permaneat omnique tempore.

Facta vindicione idus nov., a. III.° quod cepit regnare Ugo, rege magno.

S+m Autemir, qui ista vindicione feci et firmare rogavi; S+m Leopardus; S+m Adalus; S+m Guillelmus; S+m Gotmar.

℣ Giscafredus, presbiter, qui ista vindicione scripsi et sub ss. die et anno quod supra.

242. 989, diciembre 21.

Trasover y su esposa permutan con el abad Odón unas viñas que poseían en Reixach por otra viña sita en Villalba.

REGESTA: Mas, *Taula*, 414; *Notes*, IV, 130 (n.° CCVI).

A. C. A., Cart. f. 73 *v*, n.° 288.

In nomine Domini. Ego Trasoario et uxor mea Igilo, comutatores sumus Odo, gratia Dei abba simulque cum congregacione s. Cucuphati. Manifestum est enim quia convenit ut comutacione fecissemus, sicuti et facimus. Donamus namque vobis in comutacione vestra vineas nostras quod habemus in comitatum Barchinona, in terminio de Rexago. Et affrontat iam dicta una vinea: de parte orientis, in ipso torrente que dicunt de Vale Milano, de meridie in vinea de Olido, de occiduo in terra de Auruzia, de circi in vinea de Amarulo. Et in alio loco affrontat ipsa una modiata de vinea: de orientis in ipso margine, de meridie in terra s. Cucuphati, de occiduo in terra de Godo del suos heres, de circi in terra de Bonis. Quantum istas affrontaciones includunt, sic do-

namus nos vobis ipsas vineas in vestra comutacione, ab integre, cum exios et regressios suos, ad vestrum proprium, ut quid exinde facere volueritis plenam habeatis potestatem, in propter quod accepimus de vos in nostra comutacione vinea vestra quod habebatis in Villa Alba. Quod si nos comutatores, aut ullusque homo, qui contra hanc ista scriptura comutacione venerit inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus vobis predictas vineas in duplo cum omnem suam inmeliorationem, et in antea ista scriptura comutacione firmis permaneat omnique tempore.

Facta ista scriptura comutacione x.°II.° kal. ian., a. tercio regnante Ugone Mannus, qui fuit dux.

S+m Trasoario; S+m Igilo, nos qui ista comutacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Vuillmus; S+m Bonofilus; S+m Spanla.

Ss. Durandus, sacer, et scripsit et ss. die et anno quod supra.

243. 990, febrero 19.

Ennego, llamado Bonfill, hijo de Sendredo, da a San Cugat unos alodios que poseía en Plegamans por haberlos comprado al conde Borrell y a su esposa Leudegards.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 130-1 (n.° CCVII). — Pedemonte, *Notes*, 81.

A. C. A., Cart., f. 367, n.° 1060.

In nomine Domini. Ego Ennego, que vocant Bonefilio, filium qd. Sendredi. Manifestum est enim quia dono ad domum s. Cucuphati cenobii, qui est situs in comitatu Barch., in Vallense, in loeum que dicunt Octaviano. Dono ego namque ibi alaudes meos proprios quod abeo in comitatu Barch., in Vallense, in locum que dicunt Plecamans, hid sunt, domos cum kasas et curtes, cum terras et vineas, cum ortis et pomiferis, cum rio et fontes, cum pratis et pascuis, cum ortalis et arboribus, cum regos et capud regos et subtusregos, cum plantariis, et cultum et incultum, cum montes et colles, cum petris et cavernis, cum silvis et garricis, cum viaductibus et reductibus, et cum omnias eius adgacentias qui ad istum alaudem pertinent, et cum exios et regressios earum. Advenit mihi ec omnia iam dicta per mea comparacione quod ego emi de seniori meo Borello comite, sive de uxori sue Leudegards qd., qui fuit. Afrontat hec omnia, quod superius resonat: de parte circi in terminio de Coscolola, vel in casa de Plasgocio, et pervadit usque in ipsa strata publica, qui pergit ad Callas vel ubique, et de orientis in terminio de Paladdaries, sive in sumitate de ipsa serra qui est super villa Rodall, de meridie vero vadit usque in termine de Galegs, de occiduo pervenit usque in ipsa strada publica, qui pergit per ipso plano ad Calles vel ubique, et pervenit usque in ipsa Ruvira, qui fuit de Geriberto qd. Quantum — in — istas omnes afrontaciones includunt et isti termini continent, omnia hec dono, totum ab integrum, ego Bonefilius iam dictus ad isto cenobio de s. Cucuphatis iam dicti, et trado hec omnia a predicto cenobio, a proprio, cum exiis et regressis earum, sicut superius resonat, in tale videlicet ratione dono ego Bonefilius iam dictus hec omnia quod superius resonat ad isto cenobio s. Cucuphatis iam dicti, ut in diebus meis te-

heam et possideam hec omnia quod superius resonat sine ulla inquietudine, et post obitum meum remaneat hec omnia iam dicta a predicto cenobio a proprio, sine ulla calumnia, propter Deum et remedium anime mee. Quod si ego donator, aut ullusque homo, qui ista donacione temptare aut disrumpere voluerit non hoc valeat vendicare quod requisierit, sed componat in vinculo decem milia solidos aureos a predicto cenobio perpetim abituros, et insuper hec omnia iam dicta in duplo cum omnem suam meliorationem, et insuper ista donacio firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta donacione hanc XI.° kal. marc., a. III.° regnante Ugo magnus atque rex.

S+m Ennego, que vocant Bonefilio, qui ista donacione feci et testes firmare rogavi; S+m Sesemundo; S+m Gellemiro; S+m Guifredo; S+m Lupo Sancio; S+m Brandevino; Ss. Egigane; S+m Codballus; S+m Eicone; S+m Aurucius, iudice, ✠.

Ss. Godmarus, presbiter, qui ista donacione scripsit et ss. die et anno quod supra.

244. 990, marzo 7.

Ballomar permuta con el abad Odón unas propiedades sitas en "Aqualonga" y "Aria" por otras situadas en Riusech.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 538. — MAS, *Taula*, 223; *Notes*, IV, EAE (n.° CCVIII). AESBICHER, *Études*, 23.

A. C. A., Cart., f. 17 *v*, n.° 38.

In nomine Domini. Ego Ballomar, comutator sum vobis domno Odo, abba, fretresque vestros monacos s. Cucuphati Octavianensis monasterio. Per hanc scriptura comutacionis mee comuto vobis terras et vineas, casa et curte, solo et superposito, atque casale cum ortulo, puteo, et arbusculis, meum proprium; qui mihi advenit per mea comparatione, vel et per quacumque voce. Et est predicta omnia in duos locos in comitato Barch., in terminio de Ariia, vel in termin{i}o de Aqualonga; que affrontat una predicta terra que est in termine de Ariia: de parte circi in terra de Provasio, de oriente in torrente qui discurrit, de meridie in vineas que fuerunt de qd. Auna, femina, de occiduo in via qui pergit ubique. Et alia terra qui est in terminio de Aqualonga, simul cum casa, curte, casale, ortulo cum arbusculis atque puteum affrontat: de parte circi in terra s. Cucufati cenobio· prenotato, de horiente in terra de Christoforo, de meridie in terra de iam dicto cenobio, de occiduo in ipsa strata publica. Et ipsa vinea affrontat: de parte circi et de parte orientis in terra que fuit de Guiso, de meridie in vinea de Christoforo, de occiduo in ipsa via publica. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comuto vobis predicta omnia, ab integre, et ditioni vestre commuto. Et accepi ego comutator in mea comutacione, vestra ex parte, terra et vineale cum vineas et orto cum pomiferis et vitis que sunt in locum vocitatum Rio Sicco, cum casas et curtes; est manifestum. Quem vero predicta hec omnia que vobis comuto, de meo iure in vestro trado dominio, totum ab integre, et potestate, ut quicquid exinde agere

vel facere volueritis, plenissimam in omnibus licentiam habeatis, simul cum exiis et regressiis earum, a proprio, sicuti et de aliis munificentiis cenobii vestri pertinentibus. Et si ego comutator, aut ullusque homo, qui contra hanc comutacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam vobis cenobiique vestro in duplo cum omnem suam inmeliorati{o}nem, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione nonas marcii, a. III quod cepit regnare Ugone rege, qui fuit dux magnus.

S+m Ballomar; ✠ Baldomar, ss., qui ista comutacione feci et firmare rogavi; S+m Senderedo; S+m Audegario; Crecemundus, ss.; S+m Savaricus, presbiter, ss.

✠ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

245. 990, marzo 14.

Guifredo, sacerdote, otorga al Monasterio unas casas y tierras que poseía en Vilatenim, lugar llamado "Septem Vias".

REGESTA: MAS, *Taula*, 403; *Notes*, IV, 131-2 (n.º CCIX).
A. C. A., Cart., f. 59 *v*, n.º 226.

In nomine Domini. Ego Guifredo, presbitero, donator sum domum s. Cucuphati Octavianensis cenobio. Manifestum est enim quia dono ad cenobium iam dictum casas cum curte, solos et superpositos, et terra que ibidem est, cum arboribus qui infra sunt, meum proprium; qui mihi advenit per parentum meorum vel et per quacumque voce. Que est hec omnia in comitato Barch., in terminio de Villa Tenum, que vocant Septem Vias. Que affrontat predicta omnia: de parte circi in ipso bosco de Albarigo vel suos heres, de aquilonis in terra de Bonutio, filium qd. Sunifredi, vel in ipsas casas de iam dicto Bonutio, de meridie similiter in terra de supratаxato Bonutio vel in ipso torrente que inde discurrit tempore pluvie, de occiduo similiter affrontat in terra de iam sepe nominato Bonutio. Quantum istas affrontaciones includunt, sic dono ad cenobium iam dictum ipsos domos cum solos et superpositos et curte simul cum pomiferis et alios arbores qui infra sunt, cum omnia et in omnibus, totum ab integre, sicut supra insertum est. Quantum infra ipsa terra est vel esse videmur et supradictas affrontaciones ambiunt et continent, et de meo iure in eius trado dominio et potestate, simul cum exios et regressios earum, ita ut in diebus vite mee hoc teneam et possideam et post obitum meum sit ex cenobium supralibatum, ut quicquid exinde agere et disponere voluerit servientes cenobicos s. predicti licentiam in omnibus habeant quemadmodum et de aliis munificentiis domui illius pertinentibus. Et si ego donator, aut ullusque homo, qui contra hanc donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam iam dicta omnia ad domum iam dictum in quadruplum prout sancti Patres sancxerunt, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione II.º idus marcii, a. III.º quod cepit regnare Ugone rege, qui fuit dux magnus.

S+m Vuifredus, presbiter, ss., qui ista donacione feci et firmare rogavi, ss.; S+m Iohanne; S+m Bradila; S+m Fridisclo.

℟ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

246. 990, abril 7.

Sendredo otorga al Monasterio dos alodios que poseía en los términos de Montagut, Querol y Piñana.

REGESTA: Mas, *Taula*, 552; *Notes*, IV, 132 (n.º CCX). — Aesbicher, *Études*, 121.

A. C. A., Cart., f. 113, n.º 377.

In nomine Domini. Ego Senderedo, donator sum s. Cucufati Octavianensis cenobio. Manifestum est enim quia placuit animis meis et libite malui ut ex rebus meis aliquantulum ei dedissem, sicuti et dono. Dono namque ei omnes alodes meos que habeo in termine de castrum que vocant Monte Acuto, et in termine de opido vocitato Cherolo, et in opido quem dicunt Pignana. Que est hec omnia in comitato Barch., in predictis terminis, id sunt, terris, vineis, hedificiis, domibus, curtis, solis, superpositis, hortis cum arboribus, pomiferis atque fructiferis, aquis, fontibus cum eorum discursibus, riguum vel inriguum, pratis, pascuis, silvis, garricis, cultum vel heremum, vascula maiora vel minora. Qui michi advenit hec omnia per mea comparacione seu per quacumque voce. Quantum habeo et possideo in predictis terminibus et meum esse videtur, pro ut supra retuli, in omnia et in omnibus, sic dono ad cenobium prelibatum s. Cucufati martiris, simul cum exiis et regressiis earum, totum ab integre, et de meo iure in eius trado dominio et potestate servientes ipsius presentium, scilicet, et futurorum. Sub tali taxacione et tenore, ut si ego, donator, in diebus vite nee hec omnia prenotata tenere usui meo voluero, habeam, in Dei nomine, licenciam et de ipsis frugibus et terre productibus que Deus ibidem dederit et incrementum produxerit, per unumquemque annum ipsa tasca deserviri faciam ad cenobium iam dictum; et post obitum meum sit ab integre hec omnia iam dicta de cenobio iam dicto. Et si hoc mihi visum non fuerit, ut supranotata omnia teneri ad opus meum non voleam, sit iam dicta omnia ex cenobio iam dicto, simul cum ipsis fructibus atque séminibus que ibidem presenti tempore sunt et future esse adfuerint, Deo protegente, iure perpetuo propter Deum et remedium anime mee prolumque meorum et meum genitorum. Hec omnia iam dicta dono et trado atque concedo ad cenobium supralibatum, prout supra retuli, in dicione et dominacione perenni, ut licenciam exinde habeant servientes ipsius cenobicos agere et facere quicquid voluerint, quemadmodum et de iliis munificenciis domui ipsius pertinentibus. Et si ego donator,aut ullusque hominis *viventis* qui contra hanc cartam mercedem largicionis venerit vel consurrexerit ad inrumpendum, ad nichilum penitus evanescat eorum assercio et presumpcio, et insuper componat aut componam iam dicta omnia ad cenobium suprataxatum in quadruplum prout sancti Patres sanxerunt, et postmodum pro temporali compendio vel eternali, sit illi anime et corpore meis piaculis obligatis, cunctis hisque pro hac re cupio esse purgatus, et cum Iuda pseudo apostolo in extrema die examinacionis leva cum infideli-

vel facere volueritis, plenissimam in omnibus licentiam habeatis, simul cum exiis et regressiis earum, a proprio, sicuti et de aliis munificentiis cenobii vestri pertinentibus. Et si ego comutator, aut ullusque homo, qui contra hanc comutacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam vobis cenobiique vestro in duplo cum omnem suam inmeliorati{o}nem, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione nonas marcii, a. III quod cepit regnare Ugone rege, qui fuit dux magnus.

S+m Ballomar; ✠ Baldomar, ss., qui ista comutacione feci et firmare rogavi; S+m Senderedo; S+m Audegario; Crecemundus, ss.; S+m Savaricus, presbiter, ss.

✠ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

245. 990, marzo 14.

Guifredo, sacerdote, otorga al Monasterio unas casas y tierras que poseía en Vilatenim, lugar llamado "Septem Vias".

REGESTA: MAS, *Taula*, 403; *Notes*, IV, 131-2 (n.º CCIX).
A. C. A., Cart., f. 59 *v*, n.º 226.

In nomine Domini. Ego Guifredo, presbitero, donator sum domum s. Cucuphati Octavianensis cenobio. Manifestum est enim quia dono ad cenobium iam dictum casas cum curte, solos et superpositos, et terra que ibidem est, cum arboribus qui infra sunt, meum proprium; qui mihi advenit per parentum meorum vel et per quacumque voce. Que est hec omnia in comitato Barch., in terminio de Villa Tenum, que vocant Septem Vias. Que affrontat predicta omnia: de parte circi in ipso bosco de Albarigo vel suos heres, de aquilonis in terra de Bonutio, filium qd. Sunifredi, vel in ipsas casas de iam dicto Bonutio, de meridie similiter in terra de suprataxato Bonutio vel in ipso torrente que inde discurrit tempore pluvie, de occiduo similiter affrontat in terra de iam sepe nominato Bonutio. Quantum istas affrontaciones includunt, sic dono ad cenobium iam dictum ipsos domos cum solos et superpositos et curte simul cum pomiferis et alios arbores qui infra sunt, cum omnia et in omnibus, totum ab integre, sicut supra insertum est. Quantum infra ipsa terra est vel esse videmur et supradictas affrontaciones ambiunt et continent, et de meo iure in eius trado dominio et potestate, simul cum exios et regressios earum, ita ut in diebus vite mee hoc teneam et possideam et post obitum meum sit ex cenobium supralibatum, ut quicquid exinde agere et disponere voluerit servientes cenobicos s. predicti licentiam in omnibus habeant quemadmodum et de aliis munificentiis domui illius pertinentibus. Et si ego donator, aut ullusque homo, qui contra hanc donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam iam dicta omnia ad domum iam dictum in quadruplum prout sancti Patres sancxerunt, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione II.° idus marcii, a. III.° quod cepit regnare Ugone rege, qui fuit dux magnus.

S+m Vuifredus, presbiter, ss., qui ista donacione feci et firmare rogavi, ss.; S+m Iohanne; S+m Bradila; S+m Fridisclo.

☧ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

246. 990, abril 7.

Sendredo otorga al Monasterio dos alodios que poseía en los términos de Montagut, Querol y Piñana.

REGESTA: Mas, *Taula*, 552; *Notes*, IV, 132 (n.º CCX). — Aesbicher, *Études*, 121. A. C. A., Cart., f. 113, n.º 377.

In nomine Domini. Ego Senderedo, donator sum s. Cucufati Octavianensis cenobio. Manifestum est enim quia placuit animis meis et libite malui ut ex rebus meis aliquantulum ei dedissem, sicuti et dono. Dono namque ei omnes alodes meos que habeo in termine de castrum que vocant Monte Acuto, et in termine de opido vocitato Cherolo, et in opido quem dicunt Pignana. Que est hec omnia in comitato Barch., in predictis terminis, id sunt, terris, vineis, hedificiis, domibus, curtis, solis, superpositis, hortis cum arboribus, pomiferis atque fructiferis, aquis, fontibus cum eorum discursibus, riguum vel inriguum, pratis, pascuis, silvis, garricis, cultum vel heremum, vascula maiora vel minora. Qui michi advenit hec omnia per mea comparacione seu per quacumque voce. Quantum habeo et possideo in predictis terminibus et meum esse videtur, pro ut supra retuli, in omnia et in omnibus, sic dono ad cenobium prelibatum s. Cucufati martiris, simul cum exiis et regressiis earum, totum ab integre, et de meo iure in eius trado dominio et potestate servientes ipsius presentium, scilicet, et futurorum. Sub tali taxacione et tenore, ut si ego, donator, in diebus vite nee hec omnia prenotata tenere usui meo voluero, habeam, in Dei nomine, licenciam et de ipsis frugibus et terre productibus que Deus ibidem dederit et incrementum produxerit, per unumquemque annum ipsa tasca deserviri faciam ad cenobium iam dictum; et post obitum meum sit ab integre hec omnia iam dicta de cenobio iam dicto. Et si hoc mihi visum non fuerit, ut supranotata omnia teneri ad opus meum non voleam, sit iam dicta omnia ex cenobio iam dicto, simul cum ipsis fructibus atque séminibus que ibidem presenti tempore sunt et future esse adfuerint, Deo protegente, iure perpetuo propter Deum et remedium anime mee prolumque meorum et meum genitorum. Hec omnia iam dicta dono et trado atque concedo ad cenobium supralibatum, prout supra retuli, in dicione et dominacione perenni, ut licenciam exinde habeant servientes ipsius cenobicos agere et facere quicquid voluerint, quemadmodum et de iliis munificenciis domui ipsius pertinentibus. Et si ego donator,aut ullusque hominis *viventis* qui contra hanc cartam mercedem largicionis venerit vel consurrexerit ad inrumpendum, ad nichilum penitus evanescat eorum assercio et presumpcio, et insuper componat aut componam iam dicta omnia ad cenobium suprataxatum in quadruplum prout sancti Patres sanxerunt, et postmodum pro temporali compendio vel eternali, sit illi anime et corpore meis piaculis obligatis, cunctis hisque pro hac re cupio esse purgatus, et cum Iuda pseudo apostolo in extrema die examinacionis leva cum infideli-

bus et perditis carpeat, huiusque paginolia plenissime in omnibus obtineat in postmodum roborem.

Facta donacio, die iduario aprilis septimo, feliciter peracto, anno III.° regnante Ugone rege, qui pridem retinuerat arcemducatui magno.

Sendredus, qui ista donacione feci et firmare rogavi, ss.; S+m Lobatone; S+m Isarno; S+m Giscafredo; S+m Guitardo; S+m Dato; S+m Sesemundo.

S+m Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

247. 990, mayo 10.

Los testamentarios de Mortesinda entregan al Monasterio dos mojadas de tierra sitas en el valle de "Codonyers", término de Sardañola.

REGESTA: Mas, *Taula*, 299-300; *Notes*, IV, 132 (n.° CCXI).

A. C. A., Cart., f. 33 *v*, n.° 104.

In nomine Domini. Ego Vivas et Gistrimiro et Servo Dei, donatores sumus ad domo s. Cucuphati cenobio. Manifestum est enim quia precepit nobis qd. Mortesinda, femina, pro suum verbum et su[um] testamentum unde iudicium obligatum tenemus infra metus temporum ad serie conditionis editum, ut carta donationis fecissemus de sua proprietate ad s. Cucuphati, secuti et facimus. Donamus namque ad supradicto domo modiatas II de terra iusta alia terra de s. Cucuphati. Et est ipsa terra in comitatu Barchinona, in terminio de Cerdaniola, in valle de Codonarios. Affrontat ipsa terra: de parte orientis in ipso brugario, de meridie in terra de Servo Dei, de occiduo in ipso torrente que discurrit, de circi in terra de s. Cucuphati. Quantum infra istas affrontaciones includunt sic donamus ad domum s. Cucuphati, modiatas II de terra, ab integrum, cum exios et regressio suo, ad suum proprium. Quod si nos, donatores, aut ullusque homo, qui ista carta donatione inrumpere voluerit, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus ad domum s. Cucuphati cenobio modiatas II de terra in duplo cum omnem inmelioratione, et in antea ista donatione firma permaneat omnique tempore.

Facta carta donatione VI.° idus madi, a. III.° regnante Ugone, que fuit dux.

S+m Vivas; S+m Gustrimiro; S+m Servo Dei, nos qui ista donatione fecimus et firmare rogavimus; S+m Ariulfo; S+m Audesindo; S+m Ingelberto.

Ss. Durandus, presbiter, et scripsit et ss. die et anno quod supra.

248. 990, mayo 29.

Seniofredo permuta con el abad Odón unas viñas sitas en Reixach y en Vallcarca por otra que se halla junto al Ripoll, cerca de Moncada.

REGESTA: Mas, *Taula*, 411; *Notes*, IV, 133 (n.º CCXII); *Notes*, XIII, 149.

A. C. A., Cart., f. 69, n.º 270.

In nomine Domini. Ego Seniofredo, comutator sum vobis domno Odo, abba, fratresque vestros monachos s. Cucuphati. Per hanc scriptura comutacionis mee comuto vobis vineas meas proprias in tribus locis separatas qui mihi advenerunt per mea comparacione vel et per quacumque voce. Que est predicta sors de vinea in tres locos divisas in comitato Barch., in terminio de Rixago vel Vallis Carcara. Que affrontat sorte una de vinea: de parte orientis in ipso prato, de meridie in vinea de Ermomiro, de occiduo in vinea de Baldrigo, de circi in terra et vinea de iam dicto s. Cucuphati. Alia sorte affrontat: de oriente in vinea de Erovigio, de meridie in vinea de Exilio, de occiduo in ipso prato, de circi in vinea de Moratone. Alia sorte affrontat: de oriente in ipso prato, de meridie in vinea ex predicto Martire, de occiduo in terra de Tortora, femina, de circi in vinea de Solabella, femina. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comuto vobis predictas vineas, ab integre, et ditioni vestre comitto. Et accepi ego comutator in comutacione mea, vestra ex parte, alia vinea que est in suburbio prefixo iuxta Riopullo prope Montem Cathanum; est manifestum. Quem vero predictas III sortes de vineas que vobis comuto, de meo iure in vestro trado dominio et potestate, ad proprio, simul cum exios et regressios suos, ut quicquid exinde agere vel disponere volueritis, licentiam in omnibus habeatis quemadmodum et de aliis munificentiis cenobi vestro pertinentibus. Et si ego comutator, aut ullusque homo qui contra hanc comutacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vendicare, set componat aut componam vobis predictas vineas in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista comutacione firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione IIII.º kal. iunii, a. III.º regnante Ugone rege, qui fuit dux magnus.

S+m Seniofredo, qui ista comutacione feci et firmare rogavi; S+m Bonutio; S+m Ballomar; S+m Miro; S+m Bonefilio; S+m Lopardo; S+m Guitardo.

℣ Bonushomo, levita, scripsi et ss. cum litteras correctas et rasas, verso V.º et VI.º nec non et VII.º, die et anno quod supra, "simul cum exios et regressios" superpositis verso VI.º

249. 990, junio 1.

Chixilo cede al Monasterio todos los alodios que posee en Saltells, en el término y acceso de Sardañola y en otros lugares.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 138. — Mas, *Taula*, 322; *Notes.* IV, 133 (n.° CCXIII).

A. C. A., Cart., f. 42, n.° 138.

In nomine Domini. Ego Chixilo, femina, donatrice sum domum s. Cucuphati Octavianensis cenobio et ad altario s. Maria qui in eius domo est consecratus. Manifestum est enim quia dono ei omnes alodes que mihi contingerunt vel advenerunt de successione fratris mei qd. Guiguani, id sunt, terris, vineis cum arboribus, casis, solis et superpositis, cum curtibus, molino et molinaribus, cum capud regos atque eorum discursibus, terra rigua vel irrigua, regum et subtus regum, pratis, pascuis, viridicariis cum pomiferis, cultum vel heremum. Quae est hec omnia in comitato Barch., in terminio de palatio Auzito, in locum ubi dicunt Saltellos, vel in terminio et accessu de Cerdaniola, aliisque locis, quantum habebat et possidebat, vel haberi debebat per omnimodas voces predicto fratri meo Guigilani qd., die quando in Barchinona ad custodiendum introivit, ubi ille pereclitavit cum multis aliis in manus sarracenorum, omnia et in omnibus, ab omni integritate, dono et concedo ad cenobium supralibatum, ab omni integritate, simul cum exios et regressios earum, ad proprium, pro remedium anime mee filiaque mea nomine Ermetruite. Sub ista tamen taxatione et conventu, ut quamdiu ego vixero {hec} omnia ego teneam et possideam quiete et secure et in meam plenissimam potestatem, et ex ipsos fruges quod Deus ibidem dederit ad cenobium pretaxatum deservire faciam ipsa decima cum ipsa tascha. Post obitum vero meum, integre et intemerate, simul cum sua adiectione vel inmelioratione, remaneat ad cenobium supralibatum, ut quicquid exinde agere vel facere voluerint, licentiam in omnibus pociantur quemadmodum et de aliis munificentiis domui predicti pertinentibus cenobitantibus ipsius tam presentium quam et futurorum. Et si ego donatrice, aut alicuius homo, qui contra hanc donatione venerit pro irumpendum, non hoc valeat vendicare, set componat aut componam vobis cenobiique vestro iam prefixa omnia in quadruplum prout sancti Patres sanxerunt, et in antea huius largitio firma permaneat omnique tempore.

Facta donatione die kal. iunias, a. III.° quod cepit regnare Ugone rege, qui fuerat dux magnus.

S+m Quixilo, femina, qui ista donatione feci et firmare rogavi; S+m Guiresindo; S+m Leopardo; S+m Teudisclo; ✠ Seniofredus, ss.; S+m Baldomar, ss.

℣ Bonushomo, levita, scripsi et ss. cum versos II.° superpositos ubi dicit "et ad altario Sancta Maria", et ubi dicit "ad proprium pro remedium anime mee", die et anno quod supra.

250. 990, junio 3.

Espanesinda, Adroer y Sperandeo hacen entrega a San Cugat de una pieza de tierra que legó Bellido a dicho Monasterio.

REGESTA: MAS, *Notes*, II, 39; IV, 134 (n.º CCXIV). — AESBICHER, *Études*, 25. — GALLARDO, *Del Mogent*, 24.

A. C. A., Cart., f. 349 *v*, n.º 1025.

In nomine Domini. Ego Spanesinda, et Adroario, et Sperandeo, donatores sumus domum s. Cucufati zenebii. Manifestum est enim quia precepi nobis qd. Bellidi ut chartam donacionis fecissemus ad domum s. Cucufati zenobii, sicuti et facimus, de pecia de terra qui nobis advenit per manumissoria de qd. Bellidi, unde iuditium obligatum tenemus infra metus temporum a sserie condicionis editum, te iudice; et est in chomitato Barch., in Vallense, in termine s. Maria de Laurona. Et afrontat: de orientis in terra de Vuilara, vel suo eres, de meridie, de occiduo in terra de Todarius, de circi in strata publica. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic donamus ad domum s. Cucufati zenobii ipsa petia de terra, ab integre, vel ad eius servientes, et de nostro iure in suo s. servitio de domum s. Cucufati zenobii tradimus. Quod si nos donatores aut ullusque homo, qui ista donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed iram Dei incurrat, et cum Iudas Scariodus participacionem accipiat, et ista donacione sua abeat firmitatem.

Facta donacione III.º non. iunii, a. III.º regnante Ugo rege, magnus.

S+m Spanessinda; S+m Adroario; S+m Sperandeo, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Vuilielmus; S+m Stephanus; S+m Vidale.

Ss. Audesindus, presbiter, scripsit et ss. die et anno quod supra.

251. 990, junio 10.

Suñer permuta con el abad Odón una tierra y casa sitas en Vallmajor por otras dos piezas de tierra sitas en Partegás.

REGESTA: MAS, *Taula*, 411; *Notes*, IV, 134 (n.º CCXV).

A. C. A., Cart., f. 69, n.º 271.

In nomine Domini. Ego Suniario, comutator sum vobis domno Odo, abba et fratres vestros monachos s. Cucuphati cenobio. Per hanc scriptura comutacionis mee comuto vobis terra mea propria, cum casa et curte solo et superposito, qui mihi advenit per mea comparatione vel et per quacumque voce. Et est hec omnia in comitato Barch., in locum ubi dicunt in Valle Maior. Que affrontat: de parte circi in terra de iam dicto cenobio et in vinea de Bonus, de orientis in terra de Durabile suosque heres, et in terra de Tortora, femina, et de meridie in terra de Trasovario, de occiduo in terra de Simplicio vel in terra de suprameminito cenobio. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comuto vobis iam dicta omnia, ab integre, et ditioni vestre comuto pro

alias duas pecias de terras quod in pactione mee comutacionis accepi, vestra ex parte, in suburbio prefixo in locum ubi dicunt Pertegatio; est manifestum. Quem vero predicta omnia que vobis comuto, de meo iure in vestro trado dominio cenobiique vestro potestate, simul cum exios et regressios suos, a proprio, ut quicquid exinde agere vel facere voluerint, et vos presentes et successores vestros cenobicos adfuturos, licentiam omnibus habeant, quemadmodum et de aliis munificentiis domui supralibate pertinentibus. Et si ego comutator, aut et alicuius homo, qui contra hanc comutacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componam vobis predicta omnia in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione IIII.° idus iunii, a. III.° quod cepit regnare Hugone rege, qui fuerat dux magnus.

Ss. Suniarius, ss., qui ista comutacione feci et firmare rogavi; S+m Fruila; S+m Suniario, qui et Lobaton; S+m Riculfo; S+m Lopardo.

☧ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

252. 990, junio 28.

Seniofredo permuta con el abad Odón una tierra y viñas sitas en "Palacio Auzito", junto al Ripoll, por otras tierras y viñas del Vallés, sitas en el lugar llamado Villalvir.

REGESTA: Mas, *Taula,* 410; *Notes,* IV, 134-5 (n.° CCXVI).

A. C. A., Cart., f. 68 *v,* n.° 267.

In nomine Domini. Ego Seniofredo, comutator sum vobis domno Odo, abba, fratresque vestros monachos s. Cucuphati Octavianensis cenobio. Per hac scriptura comutacionis mee comuto vobis terra et vineas, qui mihi advenit hec omnia, et per mea comutacione et per mea compara, vel et per quacumque voce. Et est predicta omnia in comitato Barch., in locum ubi dicunt Palacio Auzito vel iusta Riopullo, prope Montem Catanum. Que affrontat ipsa terra cum pecia una de vinea de Palatio Auzito: de parte circi in terra de s. Cucuphato iam dicto monasterio, de oriente in terra de Ato et in terra de Gondemare, presbitero, de meridie in terra de Richildis, femina, vel in ipsa via, de occiduo in ipsa strata et in terra supralibato martire. Et affrontat ipsa vinea de Riopullo, qui est iuxta eius discursu prope Monten Catanum iam dictum: de parte circi in vinea qui fuit de Steges qd., de aquilonis in iam dicto flumine Riopullo, de meridie in terra de iam prefato cenobio, de occiduo in vinea ex suprataxato martire. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comuto vobis predicta omnia, ab integre, et ditioni vestre comuto. Et accepi ego in mea comutacione vestra ex parte alias terras et vineas mihi placibiles que mihi comutastis in suburbio prefixo in Vallense, in loco ubi dicunt Villalvir; est manifestum. Quem vero predicta terra et vineas que vobis comuto, de meo iure in vestrorum trado dominio et potestate, simul cum exios et regressios suos, ab omni integritate, ut quicquid exinde agere et facere volueritis plenissimam in omnibus licentiam habeatis quemadmodum et de aliis munifi-

centiis cenobi vestri pertinentibus. Et si ego comutator, aut alicuius hominis qui contra hanc comutacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vendicare, sed componat aut componam vobis predicta omnia in duplo cum omnem suam inmeliorationem, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione IIII.° kal. iulias, a. III.° regnante Ugone rege, qui fuit dux magnus.

S+m Seniofredo, qui ista comutacione feci et firmare rogavi; S+m Lopardo; S+m Miro; S+m Bonefilio; S+m Guitardo.

⁂ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

253. 990, julio 24.

Senderedo y su esposa otorgan a la casa de Santa María de Claramunt unas tierras que poseían en Castelloli.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 135 (n.° CCXVII).

A. C. A., Cart., f. 198, n.° 618.

In nomine Domini. Ego Senderedus et uxori sue Matresinna, donatores sumus vobis ad domum s. Maria, qui est in comitatum Barch., in terminio de castro Claremonte. Certum quidem manifestum est enim qui placuit nostris, et placet, nullus quoquegentis imperio, nec suadentis ingenio, set propria expontanea oc elegit bona voluntas, ut karta faciamus nos de ipsa terra culta et erma ad domum s. Maria nostra propria, qui nobis advenit de parentorum, oc est ipsa ec omnia in comitatum Minorisa, in terminio de castrum Audelino, Et affrontat ipsa terra: de auriente in terra de Sunier vel filios suos, et de meridie in ermo vel in terra de Ermengero, et de occiduo in via, et de circii in ermo. Quantum infra istas afrontaciones includunt, sic donamus nos vobis ipsa terra, totum ab integrum, cum exiis et regresiis earum. Quem vero predicta ec omnia de nostro iuramus in tuo tradimus dominio et potestate. Quod si nos donatores aut ullus homo qui contra ac ista donacione venerimus pro inrumpendum, non oc valeat vindicare set componat ipsa ec omnia in duplo cum omnem suam melioracionem, et in antea ista donacio firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione VIIII.° kal. agusti, a. IIII.° regnante Ugone rege.

S+m Senderedus, ss.; S+m Matresinna, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Miro; S+m Seniofredus; S+m Bonofilio.

Ss. Salvator, presbiter, qui ista donacione scripsi et ss. die et anno quo supra.

254. 990, agosto 11.

Udalardo, vizconde, y Arnulfo dan al Monasterio lo que Atón y Querucio poseían en el condado de Barcelona.

EDIT.: Carreras, *Lo Montjuich*, 316. — Puig, *Episcopologio*, ap. xxv.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 505. — Carreras, *La frontera*, 25.—Mas, *Notes*, iv, 135-6 (n.° ccxviii). — Rovira, *Història*, iii, 257.

A. C. A., Cart., f. 296 *v*, n.° 903.

In nomine Domini. Ego Udalardo, vicecomiti, et Arnulfo, archidiaconi, donatores sumus domum s. Cucufati cenobio, et ad ceterorum Sanctorum altaria, qui infra eius domum sunt consecrata atque dedicata. Manifestum est enim qualiter fuimus capti in Barchinona civitate, et nobiscum fuerunt captivati Atoni et fratri eius Cherucio et dum eramus in ista dampnacione in Corduba retrusi in carcere testavimus nos in invicen nostris facultatibus, qui in ista regione relinqueramus, ut ipsi qui Deus primi de ipsa captivitate liberi fuissent, potestatem habuissent distribuere eorum alodibus ad predicta loca sancta. Et nos predicti Udalardo et Arnulfo eduxit nos Dominus et liberavit de iam dicta captivitate in magna misericordia sua. Propterea donamus atque tradimus illorum alodibus ad predicta sanctorum loca, quemadmodum illi nobis ordinaverunt in presencia cetorum virorum, qui subtus roborati sunt. In primis iusserunt nobis dari ad predicto cenobio quantum habebant in predicto comitato Barch., vel in quibuscumque locis, id est, terris, vineis, casis, ortis, omnia vel in omnibus, quantum illi habebant et possidebant vel per eorum hereditate vel per omnimodas voces; omnia hoc nobis tradiderunt ad proprio s. Cucufati. Hec supradicta omnia donamus atque concedimus ad cenobium suprataxatum, a pproprio ut servientes ipsius cenobicos, presentesque et futuros, licenciam exinde habeant agere et facere quemadmodum et de aliis munificenciis domui ipsius pertinentibus. Quod si nos donatores, aut alicuius hominis, qui contra hac mercede donacionis venerit ad inrumpendum, componat, aut componamus predicta omnia ad cenobium supralibatum in quadruplum, prout ss. patres sanxerunt, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione iii.° id. aug., a. iiii.° quod cepit regnare Ugone rege, qui antea fuerat dux magnus.

Ss. Odolardus, vicescomes; Ss. Arnulfus, archidiaconus, ss., qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Riculfo; S+m Venrello; S+m Audegario; S+m Marcucio; S+m Navio; S+m Atone.

℟ Bonushomo, levita, scripsi et ss. cum litteras rasas in verso v.° et fusas in verso viii.° die et anno prefixo.

255. 990, septiembre 10.

Poncio y su esposa permutan con el abad Odón una tierra sita en Agulló por otra cercana al Monasterio. Además entregan cinco mancusos de oro para la recuperación de los ornamentos de la iglesia abacial.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 66. — Mas, *Taula*, 322; *Notes*, iv, 136 (n.º ccxix). A. C. A., Cart.. f. 41 *v*, n.º 136.

In nomine Domini. Ego Pontio, et uxori mee Bellutia, comutatores sumus vobis domno Odo, abba, et fratres vestros, monachos s. Cucuphati Octavianensium cenobio, terra nostra propria qui nobis advenit per nostra comparatione seu et per quacumque voce. Que est ipsa terra in comitato Barch., prope domum s. Cucuphati iam dicto, in accessu et in locum ubi dicunt Aculione iuxta locum Magarova. Affrontat: de parte orientis in terra iam dicti cenobii, de meridie similiter, de occiduo in ipso prato, vel in terra de iam suprataxato cenobio, de circi in terra de iam supralibato martire. Quantum istas affrontaciones includunt sic comutamus vobis predicta terra, ab integre, et ditioni vestre comitimus, et insuper addidimus vobis super hoc quinque mancusos de auro purissimo ad recuperationem ornamenta vestra ecclesia. Et accepimus nos in pactione nostre comutacionis alia terra nobis placibile simul cum casa et curte et vinea cum arboribus qui est in suburbio prefato, in accessu et locum vocitatum Aculione, prope accessum s. Cucuphati supranominato; est manifestum. Quem vero predicta terra et mancusos quinque que vobis adiecimus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestate, simul cum exios et regressios suos, a proprio, ut quicquid exinde agere vel facere volueritis, plenissimam in omnibus licentiam abeatis, quemadmodum et de aliis munificentiis domui predicti pertinentibus. Quod si nos comutatores, aut alicuius homo, qui contra hac comutacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componamus vobis predicta omnia in quadruplum ad cenobium iam dictum, prout sancti Patres sancxerunt et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione iiii idus sept., a. iiii quod cepit regnare Ugone rege, qui fuerat dux magnus.

S+m Poncius; S+m Bellucia, qui ista comutacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Audegario; S+m Riculfo; S+m Leopardo.

✠ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

256. 990, septiembre 26.

Mir (Venrell) permuta con el abad Odón una viña de Reixach por unas casas en Moguda.

REGESTA: Mas, *Taula*, 413; *Notes*, iv, 137 (n.º ccxx). A. C. A., Cart., f. 73, n.º 284.

In nomine Domini. Ego Mir, que vocant Venrello, comutator sum vobis Odo, gratia Dei abba et monachos s. Cucuphati cenobii. Manifestum est enim

quia placuit animis meis, et placet, ut inter nos comutacionem fecissemus, sicuti et facimus. Dono vobis namque in vestra comutacione vinea mea propria; est ipsa vinea in comitatum Barchinona, in terminio de Rexago; advenit mihi per mea comparacione sive per ullaque voce. Affronta: de circi in vinea de Iohanne vel suos heredes, de aquilonis in vinea de s. Cucuphati cenobii, de meridie similiter, de occiduo similiter in vinea de s. Cucuphati. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic dono ipsa vinea per vestras casas cum solos et superpositos, et ipsa terra qui est in Mogoda, quod vobis mihi dedistis, sicut in nostra resonat scriptura comutaciones que vos mihi fecistis. Quem vero predicta vinea, que vobis dono, sicut superius insertum est, omnia vobis dono ut quicquid exinde facere volueritis, libera, in Dei nomine, habeatis plenam potestatem, et de nostro iure in potestate s. Cucuphati trado vel ei cenobitantes. Quod si ego comutator, aut cuiuslibet homo, qui contra ista comutacione venerit pro inrumpendum aut ego venero, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam vobis in duplo, cum omne suam inmelioraciones, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione VI.° kal oct., a. IIII.° regnante Ugo, rex.

S+m Mir, que vocant Venrello, qui ista comutacione fecit et firmare rogavit; S+m Ato; S+m Lopardo; S+m Adroario.

S+m Petrus, presbiter, scripsit cum litteras fusas in verso VI, ss. die et anno quod supra.

257. 990, octubre 17.

Ermomberto y su esposa otorgan al Monasterio dos piezas de tierra sitas en "Aqualonga".

REGESTA: MAS, *Taula*, 290; *Notes*, IV, 137 (n.° CCXXI).
A. C. A., Cart., f. 21, n.° 53.

In nomine Domini. Ego Ermombertus, et uxori tue Bonessinda, femina, donatores sumus ad domum s. Cucuphati cenobii. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, nullus quoquegentis imperio nec suadentis ingenio, set propria et expontanea nostra hoc elegit cum Deo bona voluntas, ut carta donationis fecissemus a predictum domum de pecias II de terras, cultum vel ermum, qui nobis advenit per nostra comparatione vel per decimum, vel per quacumque voce; et est hec omnia in comitatum Barch., in terminio de Agualonga; et affrontat ipsa I pecia de terra: de orientis in via, de meridie in terra de me donatore, vel in vinea de Recemirus, de occiduo in terra de s. Cucuphati, de circi in via publica; et alia pecia de terra affrontat: de orientis in torrente,, de meridie in via vel in terra de s. Cucuphati, de occiduo in terra de Emericus vel de Goltredus, de circi in terra de Lobone. Quantum in istas affrontaciones includunt sic donamus predicta hec omnia a predictum domum vel ad eius servientes, ibi famulantibus. In ea videlicet ratione, ut in diebus nostris teneamus et possideamus, et post obitum nostrum teneat filios vel filias nostras, et donare faciatis ipsa tascha a predicto domo. Et non habeatis licentia vindere nec donare nisi a predicto domo. Quod si nos donatores, aut ullusque homo,

qui ista donatione venerit per inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus hec omnia in duplo cum sua inmelioratione, et ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta carta donatione XVI.° kal. nov., a. IIII.° regnante Ugo, magno duci.

S+m Ermombertus; S+m Bonessinda, femina, qui ista vinditione fecimus et firmare rogavimus; S+m Gotmarus; S+m Bunutio; S+m Eldofredus.

S+m Savaricus, presbiter, scripsi et ss. die et anno quod supra.

258. 990, noviembre 19.

Testamento de Igiga por el que deja al Monasterio tierras en Vidrá, la Calzada y las Planas, del término de Olérdola.

REGESTA: MAS, *Taula*, 594; *Notes*, IV, 157-8 (n.° CCXXII).

A. C. A., Cart., f. 126, n.° 411.

In nomine Domini. Ego Igigane iaceo in lectulo meo in egritudine, timeo ne subito veniat repentina chasu mortis mee. Et ideo iubeo atque discerno ut sint elemosinarii mei, id est, uxori mea Suiner, et Mirone, et Trasemiro, et Guifred. Precipio namque vobis, elemosinarii mei, ut si mors me advenerit de ista egritudine, aut de alia, antequam alium testamentum faciam, potestatem abeatis omnem meum avere apreendere et dare pro anima mea, sicut ego vobis dispono. In primis concedo a Domino Deo et a s. Cucufati martir pariliatas IIII de terra, in locum ubi vocitant Vitrano. Et in alio locho, ad ipsa Chalciata, pariliata I de terra, et ipsa mea vinea, qui est ad ipsa Chalciata modiatas II et semodiata, et in alio locho, ad ipsas Planas, ipsa mea vinea quantum ibidem abeo, et ipsos meos chasales et terra qui est in ipsa valle, subtus de castrum Olerdula. Et ipsas meas chasas ubi ego residuo, simul cum ipsa quintana, et ipsas foveas, et tonnas III maiores, et barrilos III et chubos III et chubellos V et siras III, in tale videlicet ratione, quod si uxori mea me supervixerit et virum non prehenderit, teneat et possideat in diebus suis, sine blandimentum de ullumque ominem, et per quisque annos donare faciant a s. Cucufati martir solidos X, et post obitum suum totum remaneat a filio meo et ad filios suos si Deus illi de[d]erit et a posterita illorum, et servire faciant a s. Cucufati martir per quisque annos solidos X. Et si uxori mea supra nominata virum aprehenderit, licentiam abent ipso meo filio ipsos alaudes et turre, et vineas, et chasas, et tonnas, et chubos, et alia vaschula quod superius resonat illum aprehendere et tenere, et possidere illi et posterita sua si[ne] blandimentum de ullumque ominem, et per quisque annos servire faciant a s. Cucufati martir solidos X et post obitum illorum totum remaneat ipsas et omnias quod superius resonat a s. Cucufati martir et a suos servientes, et de meum panem et vinum tam de vetere quam de novo donare faciatis ipsa tercia parte pro anima mea, et alia tercia parte remaneat ad uxori mea, et alia tercia parte a filio meo, et donare faciatis vacha I merchorina cum sua filia pro anima mea; et concedo ad nepoto meo Lobeto vitula I et concedo ad uxori mea, et a filio meo parilios III inter boves et vachas, et vitulo I et donare faciatis oves VIII pro

anima mea et concedo ad uxori mea oves VIII, concedo a filio meo oves VIII, et donare faciatis inter pauchos et grandos porchos V pro anima mea; et concedo ad uxori mea porchos V, et concedo a filio meo porchos V. Et ipsas meas armas, et sella,et freno, et ipso meo chavallo donare faciatis per chaptivo, et ipsa mea vacha supra nominata, et manchosos IIII et medio pro anima mea, et alia quod remanet in vaschula maiora vel minora totum remaneat ad uxori mea et a filio meo.

Facto testamento X.°III.° kal. dec., a. IIII.° regnante Ugone, rege.

S+m Igigane, qui isto testamento feci et firmare rogavi; S+m Richila; S+m Ramio; S+m Gischafredus; S+m Fruila, presbiter.

S+m Senderedus, presbiter, qui hoc scripsi, et ss. die et anno quod supra.

259. 990, noviembre 19.

Igiga hace donación a San Cugat de los bienes que legaba en el anterior testamento, expresando los límites de los terrenos otorgados.

REGESTA: CARRERAS, *Lo Montjuich*, 324. — MAS, *Taula*, 593-4; *Notes*, IV, 138-9 (n.° CCXXIII). — AESBICHER, *Études*, 140.

A. C. A., Cart., f. 124 *v*, n.° 410.

In nomine Domini. Ego Igigane, licitum esse videtur domus Dei hedificare et de rebus meis honorare atque concedere, audientes prechaciones sanctorum, quia elemosina a morte liberat anima, cognoscitis peccata conpuncta divina pietatis, ut pius et misericors sit Dominus in peccatis meis. Propterea sic concedo atque trado a Domino Deo et a s. Cucufati martir cenobii, pariliatas IIII de terra quod habeo in chomitato Barchinonense, in terminio de Olerdula, in locum ubi vocitant Vitrano, et in alio locho ad ipsa Chalciata pariliata I de terra, et in ipso locho modiatas II de vinea, et semodiata I. Et in alio locho ad ipsas Planas ipsa mea vinea quantum ibidem abeo, et ipsos meos chasales, et terra que est in ipsa valle, subtus de chastrum Olerdula. Et ipsas meas chasas ubi ego resideo simul cum ipsa quintana et ipsas foveas et tonnas III maiores et barrilios III et cubos III et chubellos V et siras III; exaffrontant ipsas pariliatas IIII: de parte circi in ipso rio de Vitrano, de aquilonis in ipsa Chalciata, de meridie in terra de Trasemir, vel in terra de Amado, de occiduo in via qui pergit a Pax. Et affrontat ipsa terra de ipsa Chalciata simul cum ipsa vinea que inde est: de parte circi in ipsa Chalciata, de aquilonis in terra de Amado, de meridie in via qui pergit ad ipso rio de Vitrano, de occiduo in terra de Amado. Et affrontat ipsa vinea de ipsas Planas: de parte circi in Stirpe, de aquilonis in vinea qui fuit de Ramiio qd. vel in vinea de Centullo vel eres suos, de meridie in vinea de Maria vel de filiis suis, de occiduo in terra de Everardo vel eres suos. Et affrontant ipsos chasales simul cum ipsa terra de ipsa valle: de parte circi in terra de Trasemiro vel eres suos, de aquilonis in terra de Archinelde vel eres suos, de meridie in terra de Maria vel de filiis suis, de occiduo in terra de Geriberto viceschomite. Et affrontant ipsas chasas ubi ego resideo simul cum ipsa quintana et foveas: de parte circi in ipsa rocha que est tallata, de aquilonis in chasas de Atone, de meridie in via, de occiduo in ipsa turre vel

in ipso muro. Quantum in istas affrontaciones includunt, omnia oc sic trado a Domino Deo et a s. Cucufati martiris cenobii et iure ipsos servientes eam trado usandi, exfructandi, chanoniter abeant potestatem, cum exios vel regressios earum. Et propter meis animabus exorare non pingeam, ut veniam ad remedium anime mee a Domino meo Iesuchristo, pater de celis, in tale videlicet racione, quod si uxori mea me supervixerit, et virum non preenderit teneat et possideat in diebus suis, et per quisque annos donare faciat a s. Cucufati martir solidos x, et post obitum suum totam remaneat a filio meo et ad filiis suis si Deus illi dederit et ad posterita illorum, et servire faciant per quisque annos a s. Cucufati martir solidos x, et si uxori mea supra nominata virum apreenderit, licenciam abeant ipso meo filio ipsos alaudes, et turre, et vineas, et casas, et tonnas et cubos, et alia vaschula quod superius resonat aprehendere, et tenere, et possidere illi et posterita sua sine blandimentum de ullumque ominem, et servire faciat quod superius resonat, et post obitum illorum totum remaneat a s. Cucufati martir et ad suos servientes. Et qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, non oc valeat vindichare, sed componat istas ec omnias in duplo cum illorum inmelioraciones. Et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione x.°III.° kal. dec., a. IIII.° regnante Ugone, rege.

S+m. Igigane, qui ista donacione feci et firmare rogavi; S+m Mirone; S+m Trasemiro; S+m Guifredus.

S+m Senderedus, presbiter, qui hec scripsit cum literas rasas in verso x et ss. die et anno quod supra.

260. 990, [noviembre 27].

Quixilo y su hija venden al abad Odón la mitad de una tierra que poseen en el lugar llamado "Codonyers" de Sardañola por doce sueldos, y entregan la otra mitad para remedio del alma de Ermetruite, difunta.

REGESTA: Mas, *Taula*, 301; *Notes*, IV, 139 (n.° CCXXIV).

A. C. A., Cart., f. 35 *v*, n.° 113.

In nomine Domini. Chixilo, femina, et filia mea nomine Cuscha, vinditores sumus tibi domno Odo, aba gratia Dei, emtore. Per hanc scripturam vindicionis nostre vindimus tibi terra nostra propria, qui mihi advenit, ad me Chixilo, per meum decimum vel per lectuossos, vel per quacumque voce, et ad me Cuscha, de ienitores meos; et est hec omnia in comitatum Barch., in terminio de Cerdaniola, in locum que dicunt Codoniarios. Et affrontat: de orientis et de meridie in terra de Sanla vel suos heres, de occiduo in terra de s. Cucuphati, de circi in terra de Uvistrimirus vel suos heres. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic vindimus tibi ipsa medietate de ipsa terra, cum exios vel regressios earum, in propter precium solidos XII; et alia medietate sic dono ad domum s. Cucuphati propter Deum et remedium anime de filia mea qd., nomine Ermetruite; est manifestum. Quem vero predicta hec omnia que tibi vindimus, de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestatem. Quod si nos vinditrices, aut ullus homo, qui ista vinditione venerit pro inrumpendum, non

hoc valeat vindicare, set componat aut componamus tibi ipsa terra in duplo cum sua inmelioratione, et ista vinditio firma permaneat omnique tempore.

Facta carta vinditione x.° [kal.] dec., a. IIII.° regnante Ugo, magno duci.

S+m Chixilo, femina; S+m Chusca, qui ista vinditione vel donatione fecimus et firmare rogavimus; S+m Goltredus, que vocant Bunutio; S+m Leopardus; S+m Ioanne.

S+m Savaricus, presbiter, scripsi et ss. die et anno quod supra.

261. 990, diciembre 2.

Los testamentarios de Livulo otorgan al Monasterio una yugada de tierra sita en el Prat de "Aqualonga".

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 210. — MAS, *Taula*, 289; *Notes*, IV, 139 (n.° CCXXV).
A. C. A., Cart., f. 20, n.° 48.

In nomine Domini. Ego Stephano et Suniario et Recemiro, qui sumus tutores vel elemosinarii de qd. Livulo, femine, donatores sumus domum s. Cucuphati cenobii. Manifestum est enim quia donamus ei pariliata I de terra quod nobis iussit dari qd. Livulo, femine, per suum testamentum, unde iudicium oblicatum tenemus infra metus tempore; et est in comitatum Barch., in terminio de Aqualonga, ad ipso prado. El affrontat ipsa terra: de parte circi in terra de Lobeta, femina, vel filiis suis, de orientis in terra de Riculfo vel heres suos, de meridie in strada publica, de occiduo in terra de Lobeta vel filiis suis. Quantum infra istas affrontaciones includunt sic donamus ipsa terra ad predicto domum cum exio vel regressio suo, a proprio. Quod si nos donatores aus ullusque homo, qui contra hanc donatione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat ipsa terra in duplo cum sua inmelioratione. Et hanc donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione IIII.° non. dec., a. IIII.° regnante Ugo, rege.

S+m Stefano; S+m Suniario; S+m Recemiro, qui hanc donatione fecimus pro anima de qd. Wuiliemundii et pro anima de qd. Livulo, femine, et {firmare rogavimus}; S+m Reaimundo; S+m Auselio; S+m Uuillielmo.

S+m Uuadamirus, presbiter, hec scripsit et ss. die et anno quod supra.

262. 991, febrero 11.

Guisilo ofrece al Monasterio el señorío de un alodio situado cerca del mismo, en el lugar de "Magarova" y en el valle de Poalls.

REGESTA: MAS, *Taula*, 304; *Notes*, IV, 140 (n.° CCXXVI).
A. C. A., Cart., f. 38 *v*, n.° 127.

In nomine Domini. Ego Uvisilo, femina, donatrice sum domum s. Cucuphati cenobio qui est situs in comitatum Barch., in locum vocitatum Octaviano. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, ut ex meis alodibus

cartam ei fecissem mercedem largitionis, sicuti et facio. Ideo dono ei omnem meum alodem quantum abeo in comitatum Barch., id est, casas, cum curtes, ortos, ortalibus, subreganeis, in pratis, arboribus, pomiferis vel impomiferis, vineas, omnia quantum abeo, qui mihi advenit per genitores meos vel de av[u]nculo meo, nomine Petrus que vocabant Vives, vel per quacumque voce; et est hec omnia in comitato iam dicto, prope domum s. Cucuphati, in locum quem dicunt Magarova, vel ipsa valle quem dicunt Puteolos. Qui affrontat hec omnia: de parte circi in alaude s. Cucuphati, de aquilonis similiter in alaude s. Cucuphati vel in ipso prado de Puteolos, de meridie in terra de Uvillara vel suos heres et in alaude s. Cucuphati, de occiduo in alaude s. Cucuphati vel in ipso rio qui discurrit. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic dono ad domum iam dictum omnia suprascripta, ab omni integritate, simul cum exios et regressios earum, et iure ipsius servientes trado, propter Deum et remedium anime mee. In ea videlicet ratione, ut dum ego vixero teneam et possideam ista omnia supradicta, et donare faciam per unumquemque annum ipsa tascha ad domum s. Cucuphati et eius servientes. Post obitum vero meum, si vir meus, nomine Bonefilius, me supervixerit, teneat hec omnia suprascripta et donare faciat ipsa tascha ad domum s. Cucuphati. Post obitum vero nostrum, teneant filios vel filias nostras que de nos ambos fuerint procreati et filii eorum, et donare faciant ipsa tascha, et non liceat vobis nec illis ibidem alium senioraticum adfacere nisi ipso abatos s. Cucuphati. Quod si ego donatrice, aut ullus homo, qui ista donatione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam ista omnia suprascripta in duplo cum sua inmelioratione, et in antea ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta donatione III.° idus feb., a. IIII.° quod cepit regnare Ugo magno.

S+m Uuisilo, femina, qui ista donatione feci et firmare rogavi; S+m Sancius; S+m Odegario; S+m Petrus.

S+m Savaricus, presbiter, scripsi et ss. die et anno quod supra.

263. 991, marzo 4.

Daco y Fruyano, cumpliendo la voluntad de Emo, dan a San Cugat un alodio situado en el suburbio de Barcelona, y la tierra "condemina" del mismo lugar, exceptuando una viña que debe ser para Guisila.

REGESTA: CARRERAS, *Argentona*, 40. — MAS, *Notes*, IV, 140-1 (n.° CCXXVII).

A. C. A., Cart., f. 370 *v*, n.° 1071.

In nomine Domini. Ego Dacho, sacer et iudex, et Fuiane, nos simul in unum donatores sumus domum s. Cucuphati cenobio Octavianensis loco situs non longe distans a Barchinona civitate, alodem qui est in suburbio iam dicte civitatis in locum quem dicunt Coscoliola, sive in eius apendicione vel in illius accessu, id sunt, terras cum casas et curtes solosque et superpositos, cum diversa edificia, ortis et veredicariis, cum ortalibus et vineas cum arboribus, cultum vel heremum, pratis paschuisque, silvis et garricis, petris rupibusque, vascula maiora vel minora vel et diversa suppellectili. Manifestum est enim

quia precepit nobis qd. Eimo, femina, quando ad extremam venit voluntatem, per suum testamentum et suum verbum, unde iuditium obligatum tenemus infra metas temporum lege prefixum a sserie conditionis editum iudiceque digestum, ut cartam donacionis fecissemus ad supralibatum cenobium s. Cucuphati, sicuti et facimus. Ideo donamus ad suprataxatum cenobium alodem prescriptum cum universa supra prefata, totum ab integre. Que affrontat predictum alodem: de parte orientis in rio qui discurrit, de meridie in vinea que fuit de Dalani, vel in terra de filios Adaulfi sive in terminio de ipso feo de Plegamanes, de occiduo similiter in iam dicto feo de Plegamans, sive in terras et vineas de Recosindus, de circi in terras et vineas de domno Erovigio, vel in via. Et ipsa terra ipsa Condamina que ibidem est, afrontat: de orientis in via que pergit ubique, vel in alode iam dicti cenobii, de meridie in ipso feo de Plegamans, de occiduo in terra de Adevora vel filiis suis, de circi in terra que fuit de Ermomiro vicescomiti. Et ipsa mansiuncula ubi nunc Ermomirus habitat, qui est ultra ipso rio, cum terra et vinea, arboribusque, cum cultum vel heremum, cum exiis et regressiis earum, cum afrontaciones et eorum limitibus. Quantum istas afrontaciones includunt et hos terminos ambiunt, sicuti iam dicta testatrice ea die, quando obiit, tenebat, habebat et possidebat vel haberi per quacumque voce debebat in iam dicto loco de Coscoliola vel in eius appendicione, sic donamus ea omnia ad suprataxatum cenobium cum exiis et regressiis earum, totum ab integre, simul cum vascula maiora et minora, exceptus modiatas III de vineas que concesit ad Guisila, consanguinea sua. Hec omnia suprainscripta donamus et concedimus ad cenobium supralibatum prout supra retulimus et dicioni eius committimus, propter Deum et remedium anime de qd. Eimo iam dicta conditrice, ut quicquid de hoc agere vel facere voluerint servientes cenobicos ex suprataxato cenobio licenciam in omnibus abeant velle et posse, quemadmodum et de aliis munificenciis domui ipsius pertinentibus. Et si nos donatores, aut ullusque homo huius vite perfruentis, qui ad disrumpendum hoc consurrexerit vel temptaverit, ad nihilum remeet eius assertio vel repeticio, et insuper componat aut componi faciamus iam dicta omnia sepe scripta in quadruplum, prout sancti Patres sanxerunt ad supra prefixum cenobium iure perpetuo, et in antea ista mercede donacionis pleniter ducat in omnibus firmitatem.

Facta donacione IIII.° nonas marcii, a. IIII.° quod cepit Ugo regnare, qui ante fuerat dux.

Dacho, sacer et iudex, ss.; S+m Frugifer, qui ista donacione fecimus et firmari rogavimus; S+m Bonucio; S+m Leopardo; S+m Riculfo; S+m Audegario; S+m Guitardo; S+m Bonucio, qui et Oldrigo; S+m Bellus.

℣ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

264. 991, marzo 23.

Sinnulo vende al abad Odón una propiedad que poseía en "Coscoliola" por doce sueldos.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 141 (n.° CCXXVIII).
A. C. A., Cart., f. 371, n.° 1073.

In nomine Domini. Ego Sinnulo, femina, vinditrex sim tibi domno aba Odo et monachos s. Cucufati cenobii, emptores. Per hanc scriptura vindicionis mee vindo vobis terra mea propria, simul cum ipsos arbores, pomiferis vel inpomiferis, et cum ipsas vites, qui michi advenit per meum x, vel per luctuossa, vel per quecumque voce. Et est hec omnia in comitatum Barch., in Vallense, in apendicio de Coscoliola. Et afrontat ipsa hec omnia: de circi in alaude de s. Cucuphati, *de orientis in ipso rio, que discurrit, de meridie in torrente, sive in alaude s. Cucuphati, de occiduo similiter in alaude s. Cucuphati.* Quantum infra istas IIII.°r afrontaciones, sic vindo vobis omnia quantum ibi abeo, vel abere debeo, in propter precium solidos XII, in rem valentem, quot vos mihi dedistis, et ego de manibus meis recepi; est manifestum, de meo iuro in vestro trado dominio et potestatem, ab omni integritatem, omnia quecumque facere volueritis, libera, in Dei nomine, abeatis plenam potestatem. Quod si ego vinditrice aut ullusque omo ista vindicione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componam vobis hec omnia, in duplo cum sua inmelioratione, et in antea ista vinditio firma permaneat omnique tempore.

Facta vinditione x.° kal. apr., a. IIII.° regnante Ugo rege.

S+m Sinnulo, femina, qui ista vindicione feci et firmare rogavi; S+m Venrello; S+m Ennego; S+m Bonucio.

Ss. Ato, monaci, qui ista vinditione scripsit cum literas superpositas in verso VII.° ss. die et anno quod supra.

265. 991, abril 25.

Marcus, Elíseo y Bellido, por orden del juez, ceden al Monasterio una viña sita en Lledó, en el término de Sardañola.

REGESTA: Mas, *Taula*, 300; *Notes*, IV, 141 (n.° CCXXIX).
A. C. A., Cart., f. 34, n.° 108.

In nomine Domini. Ego Marcucio et Eliseus et Bellido, donatores sumus ad domum s. Cucuphati cenobii. Manifestum est enim quia donamus a predicto domo vel ad eius servientes modiata I.ª de vinea qui nobis advenit de qd. Ramii qui fuit, unde nos iudicium firmatum et obligatum tenemus asserie conditionis [1], ordinante iudice. Et est ipsa vinea in comitato Barch., in terminio de Cerdaniola, in locum que dicunt ad ipso Ledone. Et affrontat: de orientis in vinea de Reicharedus vel suos heres, de meridie in terra de Gontario vel suos heres, de occiduo in terra de Altimirus vel de Bellido, de circi in terra et in vinea de s. Cucuphati. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic

donamus ipsa vinea ad domum s. Cucuphati cenobii vel eius servientes, cum exios vel regressios earum, a proprio. Quod si nos donatores, aut ullusque homo, qui ista donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componat ad domum s. Cucuphati cenobi vel eius servientes ipsa vinea in duplo cum omnem suam inmeliorationem, et ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta donatione VII.° kal. madii, a. IIII.° regnante Ugone magnus.

S+m Marcutio; S+m Elisseus; S+m Bellido, qui ista donatione fecimus et firmare rogavimus; S+m Auendus; S+m Godmarus; S+m Undisclo.

S+m Savaricus, presbiter, scripsi et ss. die et anno quod supra.

1. conditotoris, *Cart.*

266. 991, abril 27.

Bella y sus hijos venden al abad Odón, por treinta sueldos, unas propiedades sitas en "Coscoliola".

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 141-2 (n.° CCXXX).

A. C. A., Cart., f. 371, n.° 1072.

In nomine Domini. Ego Bella, femina, et filiis meis, id est, Petrus et Ennego, vinditores sumus tibi domno Odo abba, emptore. Per hans scriptura vindicionis nostre vindimus tibi cum casales, cum arboribus et vitis, nostrum proprium, qui michi advenit ad me Bella, per luctuosa, et per complantacione, et per meum decimum, et per quacumque voce, et ad nos filios per nostra hereditate, vel et per quacumque voce. Que est hec omnia in comitato Barch., in terminio de ipsa Coscoliola. Que afrontat: de parte circi in via, de oriente in ipso rio de Palacio de Aries, de meridie in ipso torrente, sive in alaude s. Cucuphati cenobio, de occiduo similiter in alaude de s. Cucuphati. Quantum istas afrontaciones includunt, sic vindimus tibi iam dicta omnia, ab integre, propter precium solid. XXX, quod tu nobis dedisti et nobis de presente manibus nostris accepimus; est manifestum. Quem vero predicta omnia que nos tibi vendimus de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestate, ad tuum proprium, ut quicquid exinde agere vel facere volueris plenissimam in omnibus licentiam habeas. Quod si nos vinditores aut alicuius homo qui hoc ad inrumpendum venerit, non hoc valeat vendicare, sed componat, aut componamus vobis iam dicta omnia in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista vindicio firma permaneat omnique tempore.

Facta vindicione V.° kal. mad., a. IIII.° regnante Ugone rege, qui ante fuerat dux magnus.

S+m Bella; S+m Petrus; S+m Ennego, qui ista vindicione fecimus et firmare rogavimus; S+m Guillelmo; S+m Audegario; S+m Ioanne.

✠ BONUSHOMO, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

267.

991, mayo 7.

Sentramiro, Bellido y Eliseo, dando cumplimiento al testamento de Suñer, otorgan al Monasterio una viña sita en Campañá, en el término de "Aqualonga".

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 582. — Mas, *Taula*, 223; *Notes*, IV, 142 (n.° CCXXXI). Aesbicher, *Études*, 73.

A. C. A., Cart. f. 18, n.° 40.

In nomine Domini. Ego Sentramiro et Bellido et Eliseo, nos simul in unum donatores sumus domum s. Cucuphati Octavianensis cenobio. Manifestum est enim qui precepit nobis qd. Suniario quando ad extremam venerat voluntatem, unde iudicium obligatum tenemus infra metus temporum, a serie conditionis, iudice ordinante, editus, ut cartam donationis fecissemus, sicuti et facimus, ad domum s. Cucuphati predicto de una semodiata vinea. Quamobem donamus ei predicta semodiata de vinea. Que est ipsa vinea in comitato Barch., in termin{i}o de Aqualonga, in locum vocatum Campaniano. Affrontat ipsa vinea: de parte orientis in terra de Comparado suosque heres, de meridie in terra de Guillara, de occiduo in terra de heredes de predicto donatore qd. Suniario, de circi in terra de Comparada, suosque heres. Quantum istas affrontaciones includunt sic donamus predicta vinea ad cenobium suprascriptum, ab integre, et de nostro iure in illorum tradimus dominio et potestate, simul cum exiis et regressiis earum, ad eorum proprium, ut quicquid exinde agere vel facere voluerint servientes ipsius cenobicos licentiam in omnibus habeant, quemadmodum et de aliis munificentiis domui illius pertinentibus. Et si nos donatores, aut alicuius homo, qui contra hoc venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vendicare, sed componat aut componamus iam dicta omnia in duplo ad cenobium suprascriptum cum omnem suam inmeliorationem, et in antea ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta donatione die nonarum madiarum, a. IIII.° regnante Ugone rege, qui et dux pridem.

S+m Sentramiro; S+m Bellido; S+m Eliseo, qui ista donatione fecimus et firmare rogavimus; S+m Ramio; S+m Galindo; S+m Marcucio.

℣ Bonushomo, levita, scripsi et ss. cum litteras rasas et superpositas et correctas in diversis locis, quia occupati erant occuli mei somno et palpebre mee dormitacione, die et anno quod supra.

268.

991, junio, 9.

Los limosneros del difunto Salomón entregan al Monasterio una tierra sita en Las Corts, término de Cercedol, la cual antes había pertenecido a Guimara y sus herederos.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 214. — Mas, *Taula*, 298-8; *Notes*, IV, 142-3 (n.° CCXXXII). A. C. A., Cart., f. 33, n.° 102.

In nomine Domini. Ego Goltredus, presbiter, et Silvester et Trassovarii et Maria, nos qui sumus tutores vel helemosinarii de qd. Salomoni. Manifes-

tum est enim quod iuratum vel probatum habemus a series conditionis sicut lex, sicut ille nobis iniuncxit vel mandavit, ut nos scriptura fecissemus ad domum s. Cucuphati cenobii de ipsa terra qui fuit de Guimara vel de suos heredes. Et est ipsa terra in comitatu Barch., infra terminio de Cercedol, in locum que dicunt ad ipsas Curtes. Et affrontat ipsa terra: de oriente in ipsa terra de Ermengarda, et de meridie in terra de Guimara, et de occiduo in ipso torrente qui discurrit per tempus pluviarum, vel in terra de Maria, et de circi affrontat in terra de Ermengarda. Quantum infra istas IIII.°r afrontaciones includunt, sic donamus ad iam dicto domo ipsa terra totum [1] ab integrum, cum exio et regressio suo, a proprio; et est manifestum. Quem vero iam dicta terra quod nos supra scripti tenemus, sic donamus ad predicto domo vel ad eius servientes, et de nostre iuro in eorum tradimus, ad omnia que facere voluerint abeant potestate. Quod si nos donatores, aut ullusque homo, qui contra ista donatione venerit ad inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindicare, set componat aut componam ipsa terra in duplo, cum omnem suam inmelioratione, et in antea ista donatio firma permaneat modo vel omnique tempore.

Facta donatione v.° idus iunii, a. IIII.° regnante Ugone, magno rege.

Goltredus, presbiter; S+m Trassovarii; Silvester; S+m Maria, qui ista donatione fecimus et firmare rogavimus; Ss. Argemir, presbiter; S+m Sabron; S+m Ferruzo.

Ss. Goltredus, presbiter, qui ista scriptura scripsit et ss. die et anno quod supra.

1. dotum, *Cart.*

269. 991, julio 5.

Suñer y su esposa entregan al Monasterio tres piezas de tierra situadas en Campañá, Vallseca y Puig de Rimila por otras tres situadas en Olives y "Font d'en Pere", en el mismo término de "Aqualonga".

REGESTA: Mas; *Taula*, 288; *Notes*, IV, 143 (n.° CCXXXIII).

A. C. A., Cart., f. 19, n.° 44.

In nomine Domini. Ego Suniario et uxori mea Studia, comutatores sumus vobis domno Odo, abba, fratresque vestros monacos s. Cucuphati Octavianensis cenobio. Manifestum est enim quia comutamus vobis III pecias de terra cum prato in tres locos, nostrum proprium; qui mihi advenit ad me Suniario, per mea comparatione et per donacione et per quacumque voce, et ad me Studia, et per comparatione et per meum decimum, vel et per quacumque voce. Que est hec omnia in comitato Barch., in terminio de Aqualonga, in locum quem dicunt Campaniano, et in locum ubi dicunt Vallesicca, et in locum ubi dicunt Pugio de Rimila, et in locum ubi dicunt Fontem de Petro ad ipso prato. Que affrontat ipsa una pecia de terra de Campaniano: de parte orientis in terra de s. Cucuphati cenobio, de meridie in terra de Nevolenno, de occiduo in terra que fuit de Endalego qd., de circi in terra de s. Cucuphati iam dicto. Et alia pecia de terra que est in Vallesicca, in locum que dicunt Pugio de Rimila,

affrontat: de parte orientis in terra de Flavio, de meridie in terra de supradicto cenobio, de occiduo similiter, de circi in terra de iam dicto Flavio. Et alia pecia de terra cum ipso prato que est in locum ubi dicunt Fonti Petri ad ipso prato, affrontat: de parte orientis in terra supra libato cenobio, de meridie in ipsa via calciata, de occiduo in terra et in prato de Lobeta, femina, filiosque suos, de circi similiter in terra de Lobeta vel in ipsa strada qui pergit ad Aqualonga vel et ubique. Quantum istas affrontaciones includunt sic comutamus vobis ea omnia ab integre, et ditioni vestre comittimus. Et accepimus nos in comutacione nostra alias terras in III locos cum vinea in terminio de Aqualonga, in locum ubi dicunt ad ipsas Olives, et ad Fontem Petri, et ad Aqualonga iam dicta, nobis placibiles; est manifestum. Quem vero predictas terras et prato que nos in predictos III locos vobis comutamus de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestate, simul cum exiis et regressiis earum, a proprio, ut quicquid exinde agere vel facere volueritis, licentiam in omnibus habeatis quemadmodum et de aliis munificentiis cenobii vestri pertinentibus. Et si nos comutatores aut alicuius homo qui contra hoc venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vendicare, sed componat aut componamus vobis predicta omnia in duplo cum omnem suam inmeliorationem, et in antea ista commutacio{ne} firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione III.° nonas iulii, a. v.° regnante Ugone rege, qui dux fuerat pridem.

S+m Suniario; S+m Studia, qui ista comutacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Nevolenno; S+m Amalsindo; S+m Atone.

✠ Bonushomo, levita, scripsi et ss. cum III sillabas superposita ubi dicit "terra", die et anno quod supra.

270.

991, agosto 13.

Guistrimiro (Bellelo) permuta con el abad Odón una tierra que poseía en Vallmajor (Reixach) por otra tierra y casa sita en "Vilamilanys".

REGESTA: Mas, *Taula*, 414; *Notes*, IV, 143-4 (n.° CCXXXIV).
A. C. A., Cart., f. 73, n.° 287.

In nomine Domini. Ego Guistrimiro, que vocant Bellelo, comutatores sumus vobis domno Odo, aba, fratresque vestros monachos s. Cucuphati Octavianensis cenobio, terra mea propria qui mihi advenit per mea comparatione vel et per quacumque voce. Et est ipsa terra in comitatu Barch., in terminio de Rixago, in locum que dicunt Valle Major. Et affrontat: de parte circi in terra de Lupo, et de oriente in terra de Bonus, et de meridie in terra s. Cucuphati, et de occiduo in terra de Amello, femina. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comuto ipsa terra, ab integre, et ditioni vestre comuto. Et accepi ego in comutacione mea alia terra, cum casa et arboribus, mihi placibile, in terminio Terracense, in villa di Milanos; est manifestum. Quem vero predicta terra, que ego vobis comuto, de meo iure in vestro trado dominio et potestate, ut quicquid exinde agere vel facere volueritis, licentiam in omnibus habeatis quemadmodum et de aliis munificentiis cenobii vestri perti-

nentibus, simul cum exiis et regressiis earum. Et si ego comutator, aut alicuius homo, qui contra hoc venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vendicare, sed componat, aut componam vobis predicta omnia in quadruplum prout sancti patres sanxerunt, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione idus augusti, a. v.° regnante Ugone rege, qui antea fuerat dux pridem.

S+m Guistrimiro, que vocant Bellelo, qui ista comutacione feci et firmare rogavi; S+m Nevolendus; S+m Adalus; S+m Guillelmus.

S+m Bonushomo, levita, scripsi et ss. cum verbo superposito in verso IIII.° ubi dicit "comuto vobis", die et anno quod supra.

271. 991, septiembre 8.

Suniefredo, levita, otorga al Monasterio una tierra y viña situadas en Olérdola, junto a la torre que allí posee.

REGESTA: Mas, *Taula*, 556-8; *Notes*, IV, 144 (n.° CCXXXV).
A. C. A., Cart., f. 120, n.° 397.

In nomine Domini. Ego Suniefredus, levita, donator sum ad domum s. Cucuphati martir, qui est situs in chomitatum Barch., in locum que dicitur Octaviano. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, ut ad predictum domum aliquid ibidem donare fecissem, sicuti et facio. Dono namque ibidem terra in duos lochos vel vinea, meum proprium, quod abeo in chomitatum Barch., in terminio de Olerdula, iuxta ipsa mea turre, unde chartam abeo firmatam ego et Ermegodo, femina, consanguinea mea, a domum supranominatum. Et advenit mihi ipsa terra et ipsa vinea per mea comparacione; et affrontat ipsa terra et ipsa vinea: de parte circi in terra de Abellunio vel in vinea de Flavio, et de aquilonis similiter, et de meridie in vinea de Albar, sive in ipsa riba vel in terra de Flavio, de occiduo in terra de Flavio; et alia terra affrontat: de parte circi in terra de Morlino, et de aquilonis in terra de Morlino sive de Flavio, de meridie in terra de Teudevino, de occiduo in ipso rio, qui discurrit per radicem de ipsa turre. Quantum in istas affrontaciones includunt omnia oc dono a domum s. Cucufati cenobio, et iure ipsius servientes oc trado tam isto abate Odone presente, quam successores ipsius, secundum regulam beati Benedicti abbati, in Dei nomine, abeant plenam potestatem, cum exios et regressios earum, a proprio, propter Deum et remedium anime mee. Quod si ego donator, aut ullusque omo, qui contra hanc donacione venerit pro inrumpendum, aut ego venero, non oc valeat vindicare, sed componat aut componam a domum supranominati, ista hec omnia que ibidem dono propter Deum et remedium anime mee in duplo cum illorum inmelioraciones. Et ac donacio firmis et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta donacione VI.° id. sept., a. v.° regnante Ugone, rege.

S+m Seniofredus, levita, ss. et hac donacione fecit et firmare rogavit; S+m Domenicho; S+m Suniario; S+m Sennemiro.

S+m Senderedus, presbiter, qui hec scripsi cum litteras rasas in verso VIIII et ss. die et anno quod supra.

272. 991, septiembre 22.

Los herederos testamentarios de Gudisclo dan al Monasterio unas propiedades sitas en La Guardia, cerca de Montserrat.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 144-5 (n.º CCXXXVI). — Durán, *Las relaciones*, 237.

A. C. A., Cart., f. 212 *v*, n.º 660.

In nomine Domini. Ego Odo, gratia Dei abba, et Seniullo, et Lobeta, femina, nos simul in unum donatores sumus domum s. Cucuphati Octavianensis cenobii. Manifestum est enim quia precepit nobis qd. Gudisclo, quando ad extremam venit voluntatem, unde iudicium obligatum tenemus infra metas temporum a seri[e] condicionis, iudice ordinante, editus, ut cartam donacionis fecissemus ad cenobium supra taxatum, sicuti et facimus. Donamus namque ei terras et vineas, casas et curtes, solos et superpositos, cum diversa hedificia, cum arboribus et pomiferis, cultum vel heremum. Que est hec omnia in comitato Barch., in terminio de ipsa Guardia, prope de Monte Serrato, in confinio de ipsas Amindolellas. Affrontat hec omnia: de parte orientis in ipsa strata publica, et in terra de s. Cecilia vel de Elar, de meridie in ipso torrente et in vinea de s. Maria, de occiduo in ipso torrente, de circi in ipsa serra et in terra de Onrado. Et ipsa vinea affrontat: de parte orientis in ipso torrente, de meridie in vinea de s. Cecilia et de Guifredo, de occiduo in ipsa terra herema de Udalardo, vicescomite, de circi in vinea de Ervigio. Quantum istas afrontaciones includunt et his limitibus ambiunt, sic donamus et omnia ad cenobium supralibatum, ab integre, et dicioni eis committimus, sub ea videlicet racione ac tenore, ut filios masculos de qd. Gudisclo iam dicto hec omnia teneant et possideant, et serviri faciant ipsa tascha ad domum iam dictum, et post obitum illorum, remaneat predicta omnia ad cenobium suprataxatum, totum ab integre, ut servientes ipsius cenobicos habeant in omnibus licenciam ex his omnibus agere et facere, quemadmodum et de aliis munificenciis domui ipsius pertinentibus. Quod si nos donatores aut et alicuius hominis viventis, qui hanc mercedem largicionis venerit pro inrumpendum, citius evanescat eius assercio, et insuper componat hec omnia suprataxata in quadruplum ad cenobium sepe nominatum prout sancti Patres sanxerunt, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacio x.º kal. octobris, a. v.º regnante Ugone rege, qui et dux fuerat pridem.

℣ Odo, gratia Domini abba cenobi s. Cucuphati, ss.; S+m Seniuldo; S+m Lobeta, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Venrello; S+m Guifredo Adaluf; S+m Godmar; ℣ Wustrimiro.

℣ Bonushomo, levita, scripsi et ss. cum literas in verso v.º, in duos locos, et superpositas, ubi dicit "de ipsa Guardia", vel ubi dicit "ad domum iam dictum", die et anno quod supra.

273. 991, noviembre 30.

Ingilberto (Jozfredo) permuta con el abat Odón unas tierras y propiedades que poesía en "Palacio Auzido", cerca del Ripoll, por otras propiedades que le cede el Monasterio.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 538, 549.—Mas, *Taula*, 402; *Notes*, IV, 145 (n.° CCXXXVII).
A. C. A., Cart., f. 59, n.° 222.

In nomine Domini. Ego Ingilberto, que vocant Iozfredo, comutator sum vobis Odo, gratia Dei abba, simul cum fratres suos monacos s. Cucuphati cenobii. Manifestum est enim quia comutator sum vobis terras et vineas et orto, cum pomiferis, et casalem meum proprium, quod habeo in comitato Barch., in terminio de Palatio Auzido, prope Riopullio; advenit mihi per mea comparacione vel per quacumque voce. Que affrontat: de parte circi in terra de Vidinille, femina, eredibusque suis, de aquilonis in terra de Gotmar, presbiter, de meridie similiter, de occiduo in terra de Druda, femina, que fuit qd. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comuto vobis terras et vineas, orto cum pomiferis et arbores, et ipsa fonte que ibidem est apud ipsum casale, ab integrum, simul cum exios vel regressios suos, et accepi ego comuto vobis in placitum. Quem vero predictas terras et vineas, orto cum pomiferis et arbores, et ipsa fonte que ibidem est apud ipsum casale, et omnia superius comprehensa que ego vos comuto, de meo iuro in vestro trado dominio et potestatem, ab omni integritate, perhenniter vobis habendi, possidendi et vobis presenti et successores vestros futuri. Quod si ego comutator, aut ullusque homo qui contra hanc comutacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus vobis cenobii hec omnia in quadruplum simul cum omni sua inmelioracione. Et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione II.° kal. dec., a. v.° regnante Ugo Magnus atque rex.

S+m Ingilberto, que vocant Iaucefredo, qui ista comutacione fecit et firmare rogavi; Ss. Erovigus; S+m Petro; S+m Bonutio; S+m Candidus; S+m Tedbertus, ss.

S+m Suniefredus, presbiter, qui hec scripsi et ss. cum litteras rasas vel emendatas in verso VI.° die et anno quod supra.

274. 992, enero 14.

Teuderico (Conill) y Tórtola, limosneros de Fruitós, consignan a San Cugat las propiedades que el difunto poseía en Masquefa.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 552. — Mas, *Notes*, VI, 196 (n.° MCCXLIII).
A. C. A., Cart., f. 166 *v*, n.° 537.

In nomine Domini. Ego Teuderigo, que vocant Cunillo, et Tortora, femina, nos qui sumus elemosinarii de qd. Fruitosso, donatores sumus a domorum s. Cucufati. Manifestum est enim quia precepit nobis qd. Fruitosso per suum

testamentum unde iudicium obligatum tenemus a sserie condicionis editum, ordinavit iudice ut donacione fecissemus a domorum s. Cucufati, sicuti et facimus. Donamus namque ibidem kasa cum solo et superposito, et ipsa terra et ipsos arbores, qui ibidem sunt, et vinea; qui est hec omnia in comitatu Barch., infra termine de Mazechefa vel de Apiarias. Et afrontat ipsa kasa simul cum ipsa curte et ipsa terra cum ipsos arbores: de orientis in ipsas ribas de s. Cucufati, de meridie in kasa et terra de Speciosa vel suos eres, de occiduo in ipsa via, de circi in ipso plantario de vineas s. Cucufati; et ipsa vinea affrontat: de orientis in ipsas ribas de s. Cucufati, de meridie in ipso plantario de s. Cucufati, de occiduo in ipsa via, de circi in vinea s. Cucufati. Quantum supra scriptas afrontaciones includunt, sic donamus a domorum s. Cucufati vel eius servientes, cum exiis vel regressiis earum, a proprium; in tale videlicet racione ut teneat posteritas sua vel uxor sua in subiusione s. Cucufati, donare faciant ipsa tasca a domorum s. Cucufati per omnes singulos annos. Quod si nos donatores aut ullus homo, qui contra ista donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componam aut componamus ipsa hec omnia in duplo cum omnem suam inmelioracione, et in antea ista donacione firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione XVIIII.° kal. feb., a. v.° regnante Ugone rege.

S+m Teuderigo, que vocant Cunillo; S+m Tortora, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Loderigo; S+m Saburido; S+m Recosindo; S+m Igila; S+m Poncio; S+m Lopardo; S+m Goltredi; S+m Wifredo.

S+m Loduuno, presbitero, qui ista donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

275. 992, enero 18.

Seniollo hace donación al Monasterio de dos viñas del término de "Palacio Auzido".

REGESTA: MAS, *Taula*, 408-9; *Notes*, IV, 146 (n.° CCXXXVIII). — AESBICHER, *Études*, 29. A. C. A., Cart., f. 66 *v*, n.° 258.

In nomine Domini. Ego Seniollo, donator sum Deo et s. Cucufati cenobii. Magnum mihi gaudium Deum laudare et glorificare et de mea vinea s. Dei Ecclesia honorare adque concedere. Audiente predicationem sanctorum Patrum que helemosina a morte liberat animam, cognoscente me peccati macula honustum, compunctus divina pietate, ut pius et misericors sit Dominus in peccatis meis; propterea sic dono ad domum s. Cucuphati modiatas II de vineas legitimas meas proprias, qui mihi avenit per mea comparatione sive per quacumque voce. Et est in comitatu Barchinona, in terminio de Palacio Auzido; et affrontat: de parte orientis et de omnesque partes in vinea de s. Cucuphati. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic dono ipsa vinea a domum s. Cucuphati, in tale conventum quod ego, donator, tenea[m] ipsa vinea per pium benefitium, et labore[m] et dare faciat ipsa tascha in diebus vite mee; et post obitum meum teneat posteritas mea et laborant et donare faciant ipsa medie-

tate ad domum s. Cucufati, ab integrum, cum exio et regressio suo; et est manifestum, et de meo iure a predicto s. Cucuphati trado ut in perpetuum sit exinde honoratus. Quod si ego donator, aut ullusque homo, qui contra hanc ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed compenat aut compono de domum s. Cucuphati ipsa vinea in duplo cum omnem suam inmelioracione, et ista donatione firmis {estabilis} permaneat omnique tempore.

Facta donacione x.°v.° kal. feb., a. v.° regnante Ugo Magno, rex.

S+m Seniollo, qui ista donacione fecit et firmare rogavit; S+m Vuitesindo; S+m Argemiro; Ss. Suniario, presbiter.

S+m Petricius, presbiter, qui hec scripsit ss. die et anno quod supra.

276.

992, enero 31.

Mel permuta con el abad Odón cuatro piezas de tierra y tres viñas sitas en Palomar por unas tierras y una casa situadas en Canalias.

REGESTA: Carreras, *Palomas*, 204. — Mas, *Notes*, iv, 146-7 (n.° ccxxxix).

A. C. A., Cart., f. 307, n.° 931.

In nomine Domini. Ego Mel, femina, comutatrice sum vobis Oddone, gratia Dei abba, fratresque vestros monachos s. Cucuphatis cenobio. Per hanc scripturam comutacionis mee comuto vobis aulodem meum proprium, id sunt, terras cum cassas, et curtes, et ortos cum arboribus, et cum ipso prato et vineas, qui mihi advenit per ereditatem parentum meorum, vel per quacumque voce; et est hec omnia, in comitatu Barch., in locum quem dicunt Palomar, vel prope ipsum locum quem dicunt ad ipsas Cigas; qui affrontat ipsas terras cum cassas, et curtes, et orto cum arboribus, et cum ipso prato: de parte circi in ipso orto de Gotmaro episcopo, sive de Ermetruit, femina, de aquilonis in ipso rego, de meridie in terra de Gotmaro, episcopo, de occiduo in ipso aulode de Seniofredo. Et alia pecia de terra affrontat: de ipsas iii partes in terra de Seniofredo supranominato, et de alia parte in terra de Gotmar, episcopo. Et alia pecia de terra affrontat: de circi in terra de Gotmar, episcopo, de aquilonis et de meridie et de occiduo in terra de Ermetruit, femina. Et alia pecia de terra affrontat: de circi in terra de Gotmar, episcopo, de aquilonis in terra de s. Eulalia, de meridie in via, de occiduo in terra de Iaginto. Et ipsa i vinea affrontat: de aquilonis in vinea de Todalego, de meridie in ipso torrento, de occiduo in ipsa strada, de circi in vinea de Navio vel de Bellushomo. Et affrontat ipso vineale: de circi in vinea de Exilio vel in ipso torrente, de aquilonis in vinea de Gotmaro, episcopo, de meridie in vinea de Ausilio, de occiduo in ipsa strada. Et alia vinea affrontat: de circi in vinea de Desiderio, de aquilonis in ipsa strada, de meridie in vinea de Seniofredo, de occiduo in vinea de Aruendo. Quantum istas afrontaciones includunt sic comuto vobis predicta omnia, ab integre, et iuri vestro transduco atque trado. Et accepi ego in mea comutacione alias terras et cassa qui vos michi comutastis in supradicto comitato, in Vallense, in locum quem dicunt Chananilias; est manifestum. Quem vero predicta omnia, que vobis comuto, de meo iure in vestro trado dominio

et potestate, ut quiquid exinde agere vel facere volueritis, plenam in omnibus licenciam pociatis. Et si ego comutatrix, aut alicuius homo, qui contra hanc comutacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componam vobis predicta omnia in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et antea ista comutacione firma permaneat omnique tempore.

Facta carta comutacione II.° kal. feb., a. v.° quod cepit Ugo magno regnare.

S+m Mel, femina, que ista comutacione fecit et firmare rogavi; S+m Leopardo; S+m Otger; S+m Witesindo; S+m Altemir; S+m Wilielmus; S+m Ioannes; GALINDUS, sacer, ss.; S+m Wifredus, ss.

S+m Gelmirus, presbiter, qui hec scripsit et ss. cum litteras superpositas, quod sunt verso III, die et anno quod supra.

277. 992, febrero 18.

Ennego (Bonfill) y Erovigio, testamentarios de Teudisclo, entregan al Monasterio de San Cugat y al de San Pedro de las Puellas el alodio de "Vila de Llops", en los términos de Olérdola y Olivella o Marítima.

REGESTA: MAS, *Taula*, 252; *Notes*, IV, 147 (n.° CCXL). — PEDEMONTE, *Notes*, 82.
A. C. A., Cart., f. 140, n.° 455.

In nomine Domini. Ego Ennego, quem vocant Bonofilio, et Erovigio, nos simul in unum donatores sumus domum s. Cucufati Octavianensis cenobio, vel domum s. Patri, qui est cenobium prope muros Barchinonensis situs. Manifestum est enim quia precepit nobis qd. Teudiscli, iudici, per suum testamentum, quando ad extremam venerat voluntatem, unde iudicium obligavimus, iudices ordinantes, infra metas temporum a sserie condicionis editus, ut cartam mercedem largitionis fecissemus ad cenobios supralibatos de aliquantulis suis alodibus, sicuti et facimus. Donamus namque eis, id est, ad domum s. Cucufati et ad domum s. Petri suprataxatis equaliter atque conmuniter seu et pariliter alaudem vel villam que dicunt Villam de Lupos, cum eorum terminis vel eorum adiacenciis, cum terris et vineis, cum domibus et curtibus, cum ipsa ecclesia que infra est et altaria venerata, vel et cum universis edificiis atque plantariis, silvis, garricis, montibus, vallibus atque collibus, pontibus cum eorum discursibus, aquis, pratis, pascuis, scopulis, ligna quoque diversi generis, cultum vel heremum, cum omnia et in omnibus, totum ab integ{r}e, quicquid dici vel et nominari potest. Que est hec omnia, que supra resonat, in comitato Barch., in ipsa Marchia, iusta Penitense, infra terminos de Olerdula, vel de Olivella, vel de ipsa Maritima. Que afrontacio aquilonaris prima, que vocatur oriens, conectit se atque coniungit cum terminis que vocitantur Castrum Olivella, et sic inde ascendendo graditur per ipsam serram quem super ipso puteolo de Langovardo, et pertingitur usque ad ipsum pugium que dicunt Ozuzio, de meridie affrontat in ipsum collum que dicunt de Bonella, sive in ipso fitore, vel in termine de Canellas, de occiduo affrontat in ipso torrente, qui tempore pluvie discurrit, et transit subtus ipsam rocham que dicunt Corbatera, de circi affrontat in ipsa cigia vel in ipsum alaudem qui fuit de qd. Sinderedi, filium qd. Sunifredi, sive in cacumine moncio que dicunt Papiolo, et sic inde descendendo

graditur per ipsa serra serramque et deducitur usque ad prefatum torrentem subtus Corbatera. Quantum istas affrontaciones includunt, et his limitibus ambiunt, sic donamus ea omnia ad iam dictos cenobios utendi comuniter, ac fruendi pariliter, iure perpetuo, simul cum exiis et regressiis earum, ad illorum proprio, ob remedium et indulgentiam omnium peccatorum ex anime de predicto Teudisclo qd., iudici, testator ac largitor rei huius omnia, ut servientes vel cenobitantes predictos cenobios habeant licentiam ex ea omnia agere et facere quemadmodum et de aliis munificenciis domos illorum pertinentibus. Et si nos donatores aut alicuius hominis viventis ex quarumcumque religione qui contra hac mercedem largitionis venerit ad inrumpendum, ad nichilum remeet eius vocis exageracio atque eius improba temeracio, et insuper componat atque componamus prefata omnia ad cenobios suprataxatos in quadruplum prout sancti Patres sanxerunt, et in antea huius texituli collacionis firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione XIII.° kal. marcias, a. v.° regnante Ugone rege, qui dux fuerat pridem.

S+m Ennego, que vocant Bone Filio; S+m Erohigio, qui ista donacione fecimus, et firmare rogavimus; S+m Audegario; S+m Ballomar; S+m Teudeberto; S+m Arnallo; S+m Gondemar; S+m Petrus; S+m Leopardo; S+m Venrelle.

℣ Bonushomo, levita, scripsi et ss. cum duas litteras superpositas, id est "at", die et anno quod supra.

278. 992, febrero 18.

Geriberto, hijo del vizconde Guitard, vende al abad Odón los molinos y el agua de los ríos Noya y de Bitlles, por tres onzas de oro y unas tierras y viñas junto a la iglesia de San Juan de la Torre.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 124. — Carreras, *Lo Montjuich*, 317. — Mas, *Notes*, IV, 148, (n.° CCXLI).

A. C. A., Cart., f. 159 *v*, n.° 515.

In nomine Domini. Ego Gueriberto, filius Guitardi, vicecomitis, qd., vinditor sum vobis Odo, aba, et fratres cenobitantes in monasterio s. Cucuphati Octovanensis cenobio, emptores. Per hac scriptura vindicionis mee vindo vobis terra cum molinos ad molendum structos, cum arboribus, cum rego et subtusrego, et ipsa aqua de Annolla, et de rio de Berilas, tota ab integrum. meum proprium; qui mihi advenit per genitores meos vel et per quacumque voce. Et est hec omnia in comitato Barch., infra termines de castrum Subiratos, iusta alodem s. Cucufati, s. Maria de Monistirolo vocitatum; que affrontat hec omnia: de parte circi in predicto alode s. Cucuphati, *de orientis similiter in alode s. Cucufati* vel in terra de Honorato, de meridie in alode s. Cucuphati, qui fuit de Elleballo, de occiduo similiter in alode s. Cucuphati prefato. Quantum istas affrontaciones includunt, sic vindo vobis ipsa terra cum ipsos molinos et ipsa aqua de Anolla et de rio de Berilas, tota ab integre, ex utraque parte, et arboribus, in propter precium uncias III de auro cocto, et terra

ex nostro monasterio iam dicto cum vinea et garriga que habemus iusta ecclesiam s. Iohannis, qui est infra termine de predicto castro Subirados, prope ipsos gorgos qued vos emptores mihi dedistis et ego vinditor manibus recepi; est manifestum. Quem vero predicta omnia, que vobis vindo, de meo iure in vestro trado dominio, simul cum exiis et regressiis earum, in iure perpetuo, ut quicquid ex ipsa terra cum ipsos molinos agere elegeritis, vel ex ipsas prefatas aquas operare volueritis, plenissimam in omnibus licentiam habeatis in cunctis que vobis libite fuerit modo vel omnique tempore. Quod si ego vinditor, aut alicuius homo qui contra hac vindicione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vendicare, sed componat, aut componam vobis monasterioque supralibato iam dicto omnia in quadruplum cum omnem sui inmelioracionem, et in antea ista vindicio firma permaneat omnique tempore.

Facta vindicione XIII.° kal. marcias, a. v.° regnante Ugone rege, qui dux fuerat pridem.

Heribertus ✠, qui ista vindicione feci et firmare rogavi; S+m Auropino; S+m Audegario; S+m Godemar; S+m Teudeberto; S+m Ballomar; S+m Lopardo; S+m Gondemar; Ss. Wimara, iudice, ss.

✠ BONUSHOMO, levita, scripsi et ss. cum verbum fusum ubi dici "de meridie", die et anno quod supra.

279. 992, febrero 22.

El abad Odón vende a Gerberto Guitardo unas tierras y viñas y tres onzas de oro por los molinos y el agua de los ríos Noya y de Bitlles.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 148-9 (n.° CCXLII).

A. C. A., Cart., f. 160, n.° 516.

In nomine Domini. Ego Oddo, gratia Dei abba, cum congregacione s. Cucuphati, vinditores sumus tibi Geriberto, filium Guitardi, viceschomiti, emtore. Per hanc scripturam vindicionis noster vindimus tibi terra nostra propria s. Cucufati, simul cum ipsa vinea et ipsa garriga, qui ibidem est, et uncias III de auro chocto. Et est ipsa terra et vinea, et ipsa garriga in comitatum Barquinonense, in terminio de chastrum Subirado, iusta domum s. Ioannis, prope ipsos gorgos; ec omnia tibi vindimus, cum suis afrontacionibus, et cum exios et regressios suos, ab integre, ad tuum proprium. Ec omnia superius scripta vindimus tibi, et accepimus de te in precium terras et mulinos, cum ipsa aqua de Annolla, et rio de Birlas, vel quiquid ad ipsos mollinos pertinet; et est hec omnia iusta ipsum alaude de s. Cucuphati que vocant Munistirolo, qui est infra termine de Subirado. Quod si nos vinditores, aut ullusque homo, qui ista vindicione inrumpere voluerit, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus tibi et omnia supranomina, totum in duplo cum omnem suam inmelioracione, et in antea ista vindicione, firmis permaneat omnisque tempore.

Facta scriptura vindicionis VIIII.° kal. marci, a. v.° regnante Ugone rege.

✠ Odo, gratia Dei abba, cenobii s. Cucufati; Ss. Alaricus, presbiter et monachus; ✠ Sisoaldus, presbiter et monachus, ss.; S+m Ato, monachus, ss.; Ermemirus, levita et monachus; ✠ Giscafredus, presbiter et monacus, ss.;

Senderedus, presbiter et monachus, ss.; Iohannes, levita et monachus, ss.; Wadamir, levita et monachus; ✠ Parnulfus, levita et monacus; ✠ Senderedus, presbiter et monachus, nos simul in unum cuncta congregacione s. Cucufati hanc vindicione fecimus et firmare rogavimus, ss.; S+m Godemarus; S+m Lopardo; S+m Audegario.

Ss. Durandus, sacer, scripsit et ss. die et anno quod supra.

280. 992, marzo 29.

Testamento sacramental de Fluridio en el que deja al Monasterio unas viñas que poseía en "Palacio Auzito" más una yegua; a su esposa Olserga deja tierras en Horta y a Suniario un cubo. Figuran además otras mandas para la salvación de su alma.

REGESTA: Mas, *Taula*, 355; *Notes*, IV, 149 (n.° CCXLXIII). — Aesbicher, *Études*, 29.

A. C. A., Cart., f. 57, n.° 209.

Conditiones sacramentorum ad quarum presentia residebat Suniarius, presbiter et iudice. Hec in presencia Fortia,[1] Rigo, et Desiderio, et Emerigo, et Cixila, et aliorum bonorum hominum qui ibidem erant, testificant testes prolati, quas proferunt, id est, Marchutio, et Christoforo, et Olserga, femina, qui sunt elemosinarii de qd. Fluridio, qui obiit, ad conprobandam suam elemosinam, in faciem de supradicto sacerdote vel iudice; et hec sunt nomina testium qui hoc testificant vel iurant, id est, Fruga, Abelunio, et Patricius, presbiter. Iurati autem dicimus in primis per Deum Patrem omnipotentem, et per Iesum Christum filium eius, Sanctumque Spiritum qui est in Trinitate unus et verus Deus, et per hunc locum venerationis s. Stephani martiris, cuius baselica sita est in comitatum Barchinona, in locum ubi vocatum est Palatio Auzido, supra cuius sancto altario has condiciones manus nostras continemus vel iurando contangimus, quare nos suprascripti testes scimus et bene in veritate sapemus, et de presente eramus, et oculos nostros vidimus, et aures nostras audivimus, et de presente eramus ad ea hora quando iacebat qd. Fluridio in ipsa egritudine unde obiit adhuc loquella plena, et memoria integra erat, et cum nos videntes et audientes, sic comendavit vel iniunxit omnem suam elemosinam, ad istos suos iam dictos elemosinarios. Et precepit eis et dixit, ut si de ipsa egritudine ubi iacebat mortum fuisset, sicut et fuit, plenam potestatem habuissent isti sui elemosinari, omnem suam elemosinam apprehendere et dare pro anima sua, sicut ille ad eos iniuncxit per suum verbum et suum testamentum, in ecclesiis, in sacerdotibus vel pauperibus. In primis concessit ad domum s. Cucuphati cenobio modiata I de vinea et semodiata quod ille habebat in Palatio Auzito, et equa I.ª. Et concessit ad uxor sua, nomine Olserga, terras et vineas, casas et curtes quod habebat in Orta, totum ab integrum,et equa I.ª cum suo filio concessit ad uxor sua cum filios suos. Et concessit ad Suniarius, presbiter, cubo I.° et iussit pro anima sua de omnem suum avere in vascula maiora et minora in omnia et in omnibus ipsa tercia parte pro anima sua, et ad novo veniente de suo pane quod habebat laborato ipsa tercia parte pro anima sua. Et cum hec omnia ordinasset sic obiit de hoc

seculo in mense marcii, iam preteritus, et nos, quia sumus elemosinarii, iuramus in Deum et propter Deum quia quantum isti testes testificaverunt, in isto iudicio verum est, et nulla fraus nec malo ingenio hic impressa non est, sed secundum voluntatem isti conditori sic est factus vel editus, et ea que scimus recte et veraciter testificamus atque iuramus per super annixum iuramentum in Domino.

Late condictionis IIII.° kal. apr., a. v.° regnante Ugone, qui prius fuerat dux.

S+m Marchutio; S+m Christoforus; S+m Olserga, femina, nos elemosinarii sumus et hunc sacramentum iuramus; S+m Fruga; S+m Abelunio, ss.; Petricus, presbiter, nos auditores et testes; Ss. Audesindus, ss.

Ss. Durandus, sacer, et scripsit die et anno quod supra.

1. En el Cart. **F**, seguido de un espacio para dos letras, raspadas, seguidas de *tia rigo*.

281. 992, mayo 5.

Cristóbal y Elserga otorgan al Monasterio una mojada y media de viña que poseían por el difunto Floridio en "Palaz Auzido".

REGESTA: MAS, *Taula*, 401; *Notes*, IV, 149-50 (n.° CCXLIV). — AESBICHER, *Études*, 29. PERAY, *San Cugat*, 103.

A. C. A., Cart., f. 58, n.° 215.

In nomine Domini. Ego Cristofalo et Elserga, femina, donatores sumus Deo et domum s. Cucuphati cenobii. Magnum gaudium Deum laudare, et glorificare, Sancta Dei Ecclesia honorare atque concedere, audiente predicatione sanctorum Patrum, ut elemosina a morte liberat anima, ut pius et misericors sit Dominus in pecatis nostris. Propterea sic donamus a domum s. Cucuphati modiata I et media de vinea, legitima nostra propria. Et est in comitatu Barch., in terminio de Palaz Auzido; et avenit nobis donatores, unde per iuditium que obligatum tenemus de qd. Fluridio. Et affrontat ipsa vinea de omnesque partes, in vineas de domum s. Cucuphati. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic donamus a predicto domum s. Cucuphati ipsa vinea, cum exio et regressio suo, a proprio; est manifestum. Quod si nos donatores, aut ullusque homo qui contra hanc ista donatione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus ipsa vinea a predicto domum s. Cucuphati in duplo cum omnem suam inmelioracione et ista donacione firma permaneat omnique tempore.

Facta donatione III.° non madii, a. v.° regnante Ugo Magno, rex.

S+m Cristofalo; S+m Elserga, femina, nos qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Vuitesindo; S+m Eldemare; S+m Bonifilio.

Ss. Petricius, presbiter, qui hec scripsit ss. die et anno quod supra.

282. 992, mayo 13.

Bonushomo, Guifredo y Bayo, limosneros de Longobardo, otorgan a San Cugat varias mandas, entre ellas un alodio de Las Guñolas y una casa.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 150 (n.° CCXLV).

A. C. A., Cart., f. 227 *v*, n.° 714.

In nomine Domini. Ego Bonushomo, et Wifredus, et Baio, nos qui sumus elemosinariis de qd. Longovardus. Manifestum est enim quia comendavit nobis suam elemosinam quando ad hobitum suum venit, unde nos iudicium obligatum et roboratum tenemus infra metum temporum a serie condicionis editus, ordinantem iudice. Et precepit nobis ud ad domum s. Cucuphati martir cenobii carta donacionis fecissemus, sicuti et facimus, de ipso alaude, quod ipse conditor abebat in locum de Ceguniolas, ipsa medietate, et infra termine de Cervelione, in ipso molino qui est in locum que vocant Monestirolus die I et nocte I, cum sua usibilia, et de ipsos ortales cum ipsos arboribus, et in ipsa vinea sua ereditate, et ipsas terras cum ipsos ferragenales, cultum et eremum, quod ipse conditor abuit infra termine de Cervelione, et in locum de ipsa Guardia, et ipsas vineas, quod ipse conditor abuit in locum que dicunt Corrone, et in ipso mulnare, qui est rochero, qui est in Rio Pullo, et intus in Terracia, in ipsa terra, cum ipsos arboribus qui ibidem est, simul cum ipsa Olivera et in ipsa orto cum ipsos arboribus glandiferis, et ipsa terra, qui ibidem est in locum que vocant Prado, prope ipsa pariete que vocant et ipsa Devesa, qui est iusta domum qui fuit de iam dicto conditor, et asina I. De ista omnia, qui est supra inserta, sic iussit nobis predicto Longovardus qd. karta facere ad s. Cucuphati ipsa sua ereditate vel ipsa de frati suo, qui fuit qd. Ermegillus, clericus, hec predicta omnia dedit ad s. Cucufati, ab integre. Et est hec omnia in comitatum Barch., in omnesque locos supra nominatos, sic dedit predicto conditor Longovardus iam dicta omnia ad s. Cucufati, totum ab integre, cum omnes illorum affrontaciones, cum exiis vel regressiis earum, ad proprium de s. Cucuphati; et est manifestum. Et de nostro iuro per iam dicta voce hec predicta omnia donamus et tradimus ad s. Cucuphati, ad suum proprium, ab integre, ud in perpetuum s. Cucuphati sid exinde honoratus. Et si est ullusque homo, qui contra hanc ista donacionem venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed in primis iram Dei omnipotentis abeat, et limitibus sancte Dei Ecclesia extraneus fiat, et in hoc seculo bene nunquam inveniat, et apud Iudas, qui Dominum tradidit, ab ipsum in omnique seculo participacionem abeat, et quo petit vindicare non valeat, et quo inquirit, in quadruplum predictam omnia ad s. Cucuphati componat cum omnem illorum inmelioraciones, et in antea ista donacio firma permaneat modo vel homnique tempore.

Facta donacionem III.° id. madii, a. v.° regnantem Ugo rege.

S+m Bonushomo; S+m Wifredus; Ss. Baio, nos elemosinariis, qui ista carta donacionem per iam dicta voce fecimus et firmare rogavimus; S+m Tudisclo; S+m Oriol; Ss. Bonushomo, levita.

Ss. Baio, scripsi et ss. die et anno quod supra.

283. 992, julio 26.

Leopardo vende al abad Odón un alodio que había sido de su hermano, sito en La Vall, cerca de Cercedol, por cuarenta sueldos.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 527, 581. — Mas, *Taula*, 298; *Notes*, IV, 151 (n.º CCXLVI).

A. C. A., Cart., f. 31 *v*, n.º 95.

In nomine Domini. Ego Leopardo, vinditor sum tibi Odo, aba, emptor. Per hanc scriptura vinditionis mee vindo tibi ipsum alaudem quod habuit fratri meo nomine Berica in ipsa Valle que dicunt vel prope villam Cercitulo, vel omnia quantum ille abeat in comitatu Barch., mobile vel inmobile, id est, terra cum kasas et curte, cum solos et superpositos, et orto, et arboribus, et vineas cum arboribus earum, et cum earum affrontacionibus, in precium solidos XL quod manibus meis recepi; et est manifestum. Quem vero predicta hec omnia que tibi vindo, de meo iure in tuo trado dominio et potestate, ad omnia que volueris facere. Quod si aliquis qui contra hanc vinditione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componam tibi ista hec omnia suprascripta in duplo, cum omnem earum inmelioratione, et in antea ista vinditio firma permaneat omni tempore.

Facta vinditione VII.º kal. aug., a. VI.º reghante Ugone, rege.

S+m Leopardo, qui ista vinditione feci et firmare rogavi; S+m Eldrigo, que vocant Bonufio; S+m Leopardo; S+m Tedliscus; S+m Guillelmus, qui de baptismum accepi nomen Ostallo; S+m Audegarius, qui literas scit et nescit scribere; S+m Enego, que vocant Lobatone; S+m Mirone; S+m Tedl. Gaunius (?), sacer, ss.

S+m Borrellus, sacer, ss., et subscripsi die et anno quod supra.

284. 992, agosto, 25.

Ato, hijo de Eldemar, vende al abad Odón, por veinticuatro onzas y media de oro, los bienes que poseía en Buhigas y en Terrers, más un alodio, sito todo ello en el término de Sardañola. (Véase el n.º 208.)

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 288, 319, 320, 679. — Mas, *Taula*, 300; *Notes*, IV, 151 (n.º CCXLVII).

A. C. A., Cart., f. 34 *v*, n.º 109.

In nomine Domini. Ego Ato, filium Eldemare, qd., vinditor sum tibi Odo, gratia Dei abba cenobii s. Cucufati, emtor. Per hanc scripturam vinditionis mee vindo tibi terras +cultas+ vel heremas, et vineas, et casas, et curtes, rego vel subtus rego, et ortos cum arboribus fructuosis vel infructuosis, pratis, pascuis, garriciis, omnia meum proprium quod habeo in comitatum Barch., in terminio de Cerdaniola, locum que dicunt Budigas vel Terrarios, cum fines et terminos vel adiacencias suas, et omnes ostilitates quod ad eosdem locos pertinent que vocatur Budigas vel Terrarios, et ipsum alaudem qui fuit de Recemirus vel suos heres, quod ad termine Cerdaniola pertinet; et advenit mihi

hec omnia per comparatione quod emi de Borrello, comite, vel per qualicumque voce. Quod affrontat hec omnia quod superius resonat: de parte circii in terminio de Terracia vel in ipsa Guardia que dicunt Matarico, sive in ipso pugio que dicunt Ventaliolo, de orientis in strada publica qui pergit iuxta ipso pugio que dicunt Terrarios, vel in ipsa carraria sive in ipso pugio qui vocitantur Magia, de meridie in alaudem de cenobio almi Cucufati vel in ipsa franchitate de Aqualonga, de occiduo namque intus in flumine que nuncupant Rubio. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic vindo tibi hec omnia superius scripta, ab omni integritate, cum exios et regressios earum ad proprium, in precium uncias XX.ti et IIII.or, et media de auro cocto de mancusos iaaris, quod tu mihi dedisti et ego manibus meis accepi; est manifestum. Quem vero predicta hec omnia que tibi vindo, de meo iure in tuam trado dominio potestatem, ab omni integritate, ut quicquid exinde facere vel iudicare volueris, in Dei nomine, libera abeas plenam potestatem. Quod si ego vinditor, aut ullusque homo, qui hec inrumpere voluerit, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam tibi hec omnia supra taxata in duplo cum omni earum inmelioracione, et hec vinditio firma permaneat omnique tempore.

Facta vindicione VIII.° kal. sept., a. VI.° regnante Ugo rege, qui dux fuerat pridem.

S+m Ato, qui hanc vindicione fecit et firmare rogavi; S+m Goltredo, qui vocant Bonutio; S+m Ricolfo; S+m Seniofredo; S+m Uldrico, qui vocant Bonutio; S+m Poncio; S+m Baldomar, ss.

S+m Sendredus, presbiter, scripsit et ss. die et anno quod supra.

285. 992, octubre 22.

Bonesemo y su esposa hacen donación al Monasterio de dos mojadas de viña, excepto la quinta parte de una de ellas, situadas en el término de "Palacio Avozido".

REGESTA: MAS, *Taula*, 402; *Notes*, IV, 152 (n.° CCXLVIII). — AESBICHER, *Études*, 29. A. C. A., Cart., f. 59 *v*, n.° 225.

In nomine Domini. Ego Bonessemo et uxor mee Senior, femina, donatores sumus domum s. Cucuphati cenobi. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, nullius coegentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria expontanea nostra elegit nobis bona voluntas, ut cartam fecissemus ad domum s. Cucuphati de modiatas II de vineas, exceptus V parte de ipsa I modiata; et sunt ipsas vineas in comitatu Barch., in terminio de Palatio Avozido. Et avenit nobis per vocem parentorum nostrorum sive per omnesque voces; et est ipsa modiata I iuxta de vinea de Adalberto, et alia modiata adheret se de omnesque partes in vineas de s. Cucuphati. Hec supradictas vineas donamus domum s. Cucuphati ad suum proprium quomodo supra ressonat, cum terminis exiis et regressiis earum. Quod si nos donatores, aut ullusque homo, qui contra hanc ista donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus ipsas vineas ad predicto domum s. Cucuphati

in duplo cum omnem suam inmelioracione, et ista donatione firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione XI.° kal. nov., a. VI.° regnante Ugo Magno, rex.

S+m Bonessemo; S+m Senior, femina, nos qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Ato; S+m Ollofredo; S+m Gardila; S+m Seniofredo.

Ss. Patricius, presbiter, qui ista donacione scripsit et subscripsit ss. die et anno quod supra.

286.

993, enero 6.

Los limosneros de Ansulfo otorgan al Monasterio un alodio sito en los términos de Montagut, Querol y Piñana.

EDIT.: ABADAL, *Els preceptes*, 197.

REGESTA: MAS, *Taula*, 552-3; *Notes*, IV, 152-3 (n.° CCL).

A. C. A., Cart., f. 113, n.° 378.

In nomine Domini Dei et eterni et salvatoris nostri Iesu Christi. Nos Sendredus et Richels, femina, et Maior, et Aizo, et Stradario, qui sumus advocati vel elemosinarii de qd. Ansulfi, vicarii, cui Deus in memoria, amen. Nos simul in unum donatores ad domum s. Cucufati cenobii, qui est fundatus in comitato Barch., in Vallense, in locum vocitatum Octavianum. Certum quidem et manifestum est enim quia comendavit nobis predicti Ansulfi suam elemosinam quando venit ad extremam voluntate, sicut in suo testamento insertum est, et manibus firmavit, et testes corroboraverunt, et in ipso iudicio resonad, quod ad iudicibus corroboratum est, et iussit nobis donare seu cartam facere ad domum prephati de alaudem suum proprium quod abebat infra terminos de castro Mont Accuto vel de Cherol sive de Pinnana, qui ei advenit per comparacione seu per quascumque voces; hi sunt, terras et vineas, quantum infra terminos de is castris ille abebat, sic donamus ad aim dicto cenobio nos supradicti elemosinarii, comodo nos firmavit et iussit qd. Ansulfi, de nostro iure in potestate predicto cenobio tradimus, cum exiis et regresiis earum, a proprio, ut tam abbas presens vel monacos quam et successores eorum qui ibidem Deo famulaverint, teneant et possideant, vindicent et defendant hec omnia in omnibus, iure perpetualiter, iuxta auctoritatem kanonicam. Et qui contra hac donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componad aut componamus hec omnia in quadruplum cum earum inmelioracione. Et in antea ista donacio firma permanead omnique tempore.

Facta donacione VIII.° id. ian., a. VI.° regnante Ugone, rege.

Ss. Senderedus, ss.; S+m Richels; S+m Maior; S+m Aizo; S+m Stradario, nos simul in unum qui ista donacione fecimus et testes firmare rogavimus.

✠ PETRUS, subdiachonus, qui ista donacione scripsi ss. die et anno quod supra.

287. 993, enero 13.

Diosdado y su esposa Savegoda otorgan al Monasterio un alodio sito en "Aqualonga", en el valle de Frauberto, pagando anualmente la tasca a San Cugat.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 20, 119, 149, 680. — Mas, *Taula*, 324; *Notes*, IV, 153 (n.° CCLI).

A. C. A., Cart., f. 46, n.° 154.

In nomine Domini. Ego Deodado, et uxori mee, Savegode. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, nullus cogentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria et spontanea nobis hoc elegit bona voluntas, ut cartam fecissemus ad domum s. Cucuphati Octavianensis cenobii, de omne nostrum alode, id sunt, casas et curtes, terras et vineas, ortis, ortalibus cum illorum arboribus qui ibidem sunt, silvis, garicis, cultum et heremum, exceptus ipsa casa ab ipso orto qui est ad ipso rio, qui nobis advenit per comparatione vel per quecumque voce, et ad me Savegode, per meum decimum. Et est hec omnia in comitatu Barch., in terminio de Aqualonga, in valle de Frauberto. Et affrontat hec omnia: de parte orientis in ipso Castellare de Gausago, et de meridie in alio Castellare de Aqualonga, et de occiduo in ipso rio de Valle Aurexi, et de circi in ipsa strada qui pergit de Aqualonga a Cercitulo vel ubique. Quantum istas affrontaciones includunt, sic donamus ista hec omnia superius inserta, ab integrum, cum exios et regressios earum, ad iam dicto s. Cucuphati cenobii. In tale conventum: ut ego Deodado, dum vixero, teneam et possideam, et post obitum meum remaneat ad uxori mea Savegode, et a filia nostra, ut teneant et possideant omnibus diebus illorum, et donare faciant ipsa tascha ad domum s. Cucuphati; et post obitum illorum remaneat ad s. Cucufati. Et non habeant licentia vindere, nec donare, nec alium senioratum a facere nisi aba s. Cucufati et succesoribus eorum. Et si quis contra hanc ista carta donatione disrumpere voluerit, ira incurrat, et a s. Dei Ecclesia extraneus fiat, et cum Iudas Scariothis portionem accipiat, et in antea ista carta donatione firma permaneat modo vel omnique tempore.

Facta ista carta donatione id. ian., a. VI.° regnante Ugone Magno atque rex.

S+m Deodado; S+m Savegode, qui ista carta donatione fecimus et firmare rogavimus; S+m Fruga; S+m Vrizo; S+m Suniario; S+m Escluva; S+m Marchus, presbiter.

☧ Lobetus, sacer et monachus, hec scripsit ss. cum litteras superpositas vel fusas in verso XI.° die et anno quo supra.

288. 993, junio 8.

Igilo otorga al Monasterio la mitad de una tierra que posee en Porciá, junto al Ripoll, en el lugar llamado Camprodó.

REGESTA: Mas, *Taula*, 415; *Notes*, IV, 152 (n.° CCLII). — Aebischer, *Études*, 34.

A. C. A., Cart., f. 75, n.° 297.

In nomine Domini. Ego Igilo, femina, donatrice sum et ad domum s. Cucuphati cenobii. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, nullius quoqueagentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea

hoc elegit mihi mea bona voluntas, ut iam dicto domum s. Cucuphati donare fecissem ipsa mea medietate de ipsa turra que abeo in comitatu Barch., in terminio de Purciano, in Riopullo, in locum que dicunt Campo Rotunno, et advenit mihi per mea comparatione sive per omnesque voces. Et affrontat ipsa turra: de parte orientis in ipsa riera de Riopullo, et de meridie similiter, sive in Rio Maiore, et de occiduo in cacavo de domum s. Cucuphati, et de circi in Riopullo. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic dono a predicto domum s. Cucuphati in ipsa turra ipsa mea medietate quantum ibidem in ipsa turra iam supradicta habere debeo, cum exio et regressio suo, a proprio. Et qui ista donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut compono a predicto domum s. Cucuphati ipsa terra in duplo cum omnem suam inmelioracione, et ista donacione firma permaneat omnique tempore.

Facta carta donacione VI.° idus iunii, a. VI.° regnante Ugo, rege.

S+m Igilo, femina, qui ista donacione fecit et firmare rogavit; S+m Ermemiro; S+m Vidale; S+m Bonushomo.

Ss. Patricio, presbiter, qui hec escripsit ss. die et anno quod supra.

289.

993, junio 10.

Ermengarda y Elregodo dan a San Cugat unas propiedades que poseían en Parets.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 154 (n.° CCLIII). — AESBICHER, *Études*, 25.

A. C. A., Cart., f. 351 *v*, n.° 1044.

In nomine Domini. Ego Ermengarda, femina, que voca[n]t Bona domna, et Ellregodo, femina, donatrices sumus Deo et s. Cucufati. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, nullus quoqueaientis imperio, nec suadentis inienio, sed propria expontanea nostra hoc elegimus cum Deo bona volumptas, ut a predicto s. Cucufati karta donacionem fecissemus, sicuti et fecimus, de terras nostras proprias, que nobis advenit, ad me Ermengarda, de ienitori meo, qui fuit qd., vel per quacumque voce, et ad me Ellregodo per mea comparacione, vel per omnesque voces. Et sunt ipsas terras in comitatum Barchinonam, in Valense, infra termine de Parietes. Et afrontant ipsas terras simul cum ipso orto et arboribus, que infra sunt: ad orientem in ipsa serra qui est super ipsa villa que vocant Parietes, et de meridie in domum s. Vincenti, et de sancta Leda, et de occiduo in villa que vocant Alluri, vel in ipso torrentem, qui iscurrit, et de circi in ipsa strada que pergit per Gallecos, et ad ipsa turre de Guifredus. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic donamus ipsas terras cum arboribus, et ipso orto subreganeo, quantum ibidem abemus per omnesque voces, ab integre, cum exiis vel regressiis earum. Et est manifestum, et de nostro iuro ipsas terras cum arboribus que infra sunt, simul cum ipso orto donamus et tradimus ad s. Cucufati cenobii, ab integre, ad suum proprium, ut in perpetuum s. Cucuphati sid exinde honoratus. Quod si nos donatrices, aut ullusque homo, qui contra hanc ista donacionem venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus ad s. Cucu-

fati iam dicta omnia in duplo cum omnem illorum inmelioraciones, et in antea ista donacio firma permaneat modo vel omnique tempore.

Facta carta donacione IIII.° id. iunii, a. VI.° regnantem Ugo rege.

S+m Ermengarda, femina, que vocant Bonadomna; S+m Ellregodo, femina, nos simul in unum, que ista carta donacionem fecimus et firmare rogavimus; S+m Constantinus; S+m Ariovadus; S+m Arnallus.

Ss. Baio, scripsi cum literas emendatas vel fusas et ss. die et anno quod supra.

290. 992, noviembre 22.

Ermenrico y Fruga, testamentarios de Mamberto, otorgan a San Cugat una tierra situada en Vallmoll.

REGESTA: Mas, *Taula*, 597; *Notes*, IV, 152 (n.° CCXLIX).

A. C. A., Cart., f. 130, n.° 428.

In nomine Domini. Ego Ermenricus et Fruga et ego, que vocant Olobeta, donatores sumus Deo et domum s. Cucufati martir. Manifestum est enim qu[i]a precepit nobis qd. Mambertus per suum testamentum unde iudicium obligatum tenemus inf[r]a metus temporum, ut carta donacionis fecisemus de terra culta et erema, sicuti et fecimus. Donamus tibi ipsa terra, qui est in comitatum Barcuinona, in termino de castrum Olerdula, in locum que dicunt Valle mollis; sic donamus tibi ipsa terra. Et afrontat ipsa terra: de orientis in terra de Ricardo, de meridie in terra de Chilio, femina, de occiduo in ipso prado, de circii in terra de Ortosa, femina Quantum infra istas totas afrontaciones includunt, sic donamus tibi ipsa terra, ab integrum, cum exio vel regresio suo, de nostro iure in vestra tradimus dominio et potestatem abendi, vindendi, donandi, seu et comutandi, ad omnia facere quod volueris, in Dei nomine, libera abeas firmam potestatem. Quod si nos donatores, aut ullusque omo qui contra hanc ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat ipsa hec omnia in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista donacio firma et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Facta carta donacione IIII.° kal. dec., a. VI.° regnante Ugo rege.

S+m Ermenricus; S+m Fruga; S+m Emo, que vocant Lobeta, qui ista carta donacione feci et firmare rogavi; S+m Calvucio; S+m Gudemirus; S+m Lobeto.

S+m Bonefilius, presbiter, qui ista carta donacione scripsi die et anno quod supra.

291. 993, agosto 1.

Nevolendo, Durable y Guisulo, limosneros de Fluridio, Filmera y Ovidia, ceden al Monasterio tierras, viñedos y casas sitas en Olorda y en Vallseca.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 154 (n.º CCLIV).

A. C. A., Cart., f. 233, n.º 730.

In nomine Domini. Ego Nevolendus et Durabile et Gisulo, femina, donatores sumus ad domum s. Cucufati cenobii. Manifestum enim quia placuit animis nostris, et placet, ut aliquid de proprietatem carta fecissemus, sicuti et fecimus. Donamus namque ad domum s. Cucufati terras et vineas et casales et arboribus in Olorda, et in Vallesica semodiata 1 de vinea, que nobis avenit de qd. Floridio et Filmera et Ovidia, quod illos nobis inunxit suas elemosinas et nobis iudicium abligatum tenemus a serie infra metus temporis; et sunt ipsas terras et vineas et cassales et arboribus et semodiata de vinea in comitatum Barch., in terminio de Monte Olorda, sive in Valleseca. Qui afrontat: de circii in terras qui fuerunt de Chintila qd., de aquilonis in ipso Corbellono, de meridie in ipso torrente, qui est iusta casa de Salamone, de occiduo in via, qui est prope ipsa casa qui fuit de Polo. Et afrontat ipsa semodiata de vinea: de circi in vinea de Nevolendus, de aquilonis et de meridie in vinea s. Cucufati, de occiduo in vinea de Nevolendus vel suos eres. Quantum infra istas afrontaciones includunt, sic donamus ad predictum domum s. Cucuphati terras et vineas et casales et arboribus et in alio loco semodiata de vinea, ab integrum, cum exios et regresios suos a proprios. Qui si nos donatores, aut ullus omo, qui ista donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componamus ipsa omnia superius scripta in duplo cum sua inmelioracione, et ista donacione firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione kal. augustas, a. septimo regnante Hugone rege.

S+m Nevolendus; S+m Durabile; S+m Gisulo, nos que ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Audesindus; S+m Gelmirus; S+m Vuadamirus.

S+m Audevagrus, presbiter, que hec scripsit et die ss.

292. 993, agosto 18.

Guillirico otorga al Monasterio parte de un alodio propio y parte de otro que fué de su mujer, sitos en Senabre, Espitlles y en Monistrol.

REGESTA: Mas, *Taula*, 600; *Notes*, IV, 155-6 (n.º CCLV).

A. C. A., Cart., f. 137, n.º 444.

In nomine Domini. Ego Guillirico, donator sum domum s. Cucufati cenobi Octavianensis. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, nullus quoqueagentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria expontanea mea mihi hoc elegit cum Deo bona voluntas, ut cartam donacionis fecissem de aliquit de proprietatem *meam et aliquid de proprietatem* uxor mea nomina

Ermesinda, qui fuit qd., quod illa mihi iussit et rogavit facere ad domum suprascriptum, propter Deum et remedium anime sue, sicuti et facio, id est, terras, et vineas. Et est hec omnia in comitatum Barch., in terminio de castro Olerdula, in locum que dicunt ad ipsa Senabre, et ad ipsas Espilias, et in alio loco modiatis II de vineas qui sunt infra ipso aulode de s. Cucufati, in locum que dicunt s. Maria de Munistrolo, qui est prope kastro Subiratus. Et affrontat ipsa vinea cum ipsa terra qui est ad ipsa Senabre: de parte orientis in vinea de Ferriolo, de meridie in ipsa Penna, de occiduo in vinea de Quintela, de circi in ipsa via; et alia terra, qui est ad Espilias, affrontat: de orientis in ipsa roca, de meridie in strada, de occiduo in terra qui fuit de Ioanne, de circii in ipsa Coma; et ipsas alias vineas qui sunt in Munistrolo afrontad: de orientis in vinea s. Cucufati, de meridie in ipsa roca, de occiduo in vinea de Senderedo, de circii in vinea de me donatore. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic dono hec omnia suprascriptum ad predictum domum s. Cucufati, propter Deum et remedium anime uxor mea *nomina* Ermesinda, qui fuit qd., et de meo iure in potestate trado de domum s. Cucufati et de eius servientes, cum exios et regressios earum, a proprium. Quod si ego donator, aut ullusque omo, qui contra hanc ista donacione pro inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componam vobis predicta hec omnia in duplo cum omnem suam inmelioracione, et in antea ista donacione firmis et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione X.°V.° kal. setember, a. VII.° regnante Ugone rege.

S+m Guillirico, qui hanc donacione fecit et firmare rogavi; S+m Iocfredo; S+m Guissila; S+m Bona Donna, qui conscii sumus propter animam genitrice nostra; S+m Guifredo; S+m Bonucio; S+m Leopardus; S+m Tedbertus, ss.

Madexo, presbiter, qui ista donacione scripsi et ss. die et anno qui supra.

293. 993, octubre 6.

Adalez, abadesa de San Pedro de las Puellas, permuta con el abad Odón una tierra de "Aqualonga" por otra del término de "Auro invento".

REGESTA: MAS, *Taula*, 289; *Notes*, IV, 156 (n.° CCLVI).

A. C. A., Cart., f. 19 *v*, n.° 46.

In nomine Domini. Ego Adalez, que vocant Bona Filia, vocata abbatisa, et sorores meas Dei votas et s. Petri cenobii Puellarum, comutatores sumus tibi Odo, gratia Dei abba, et fratres tuos, monacos s. Cucuphati cenobii. Per hanc scriptura comutacionis nostre comutamus vobis terra nostra propria, que nobis advenit per vocem de predicto s. Petri cenobio nostro vel per quacumque voce. Et est ipsa terra in comitatu Barch., in terminio de Aqualonga, prope s. Cucuphati. Et affrontat ipsa terra: de parte aquilonis in terras s. Cucufati, de meridie et de occiduo, sive de circi in alaude de predicto s. Petri cenobii. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comutamus vobis predicta terra, ab integre, et iuri nostro transducimus atque tradimus, et habet in ipsa terra modiatas VIIII ad dextro qui habet cubitos VI. Et accepimus nos in nostra

comutacione alia terra que vos nobis comutastis in supra dicto comitato, in terminio de Auro invento; est manifestum. Quem vero predicta terra, que nos vobis comutamus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestate, ut quicquid exinde agere vel facere volueritis plenam in omnibus licentiam habeatis, cum exiis et regressiis earum. Quod si nos comutatrices, aut alicuius homo, qui contra hanc comutacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus vobis predicta terra in duplo cum omnem suam inmeliorationem, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione, pridie nonas octuber, a. VII.° quod cepit Ugo magnus regnare.

Adalez, que vocant Bona Filia, vocata abbatisa; S+m Ermetruite, Deo vota; S+m Argudamia, Deo vota; S+m Ermelle, Deo vota; S+m Quintalo, Deo vota, nos simul in unum cuncta congregatio s. Petri adsentiente hanc comutacione fecimus et testes firmare rogavimus. S+m Wifredus, ss.; S+m Eldericus, que vocant Bonutio; S+m Christianus; S+m Suniarius; S+m Felix; S+m Leopardus; S+m Audegarius; S+m Remundo.

℣ Scubiliarius, sacer, qui hec scripsi et ss. die et anno quod supra.

¶ 294. 993, noviembre 4.

Testamento sacramental de Giscafredo, por el que deja a San Cugat la propiedad que tenía en Castellar.

A. C. A. Monacales, perg. San Cugat, n.° 73 (orig.).

Conditione sacramentorum ex ordinacione Gelmir, sacerdote, et Odesindo, iudice, et in presencia Eldefredo, Recosindo, Miro, Rossello et aliorum bonorum hominum qui ibidem aderant: || testificant testes prolati quas profert Wadamirus, levita, in faciem de supradicto sacerdote et iudice ad comprobandam elemosinam de qd. Wiscafredi; et hec sunt nomina testium || qui hoc testificant, sicuti et iurant, id est: Vuifredus et Durandus et Ermengaudus; iurati antem dicunt per Deum Patrem omnipotens et per Iesum Christum, filium eius, sanctumque Spiritum, qui in trinitate unus || et verus Deus, et per hunc locum veneracionis s. Petri apostoli, cuius baselica sita est iusta domum s. Cucufati cenobii supra cuius sacrosancto altario has condictiones manibus nostris continuimus || et iurando contangimus quia suprascripti testes scimus et bene nobis notum est de presente eramus occulis nostris vidimus et aures nostras audivimus et de ea ora quando iacebat qd. Giscafredi in egritu || dine unde obiit adhuc loquella plena et memoria integra. Et tunc nos videntes vel audientes comendavit vel iniuncxit omnem suam elemosinam ad istum suum elemosinario per suis verbis || et precepit ei et dixit, ut si de ipsa egritudine mortuus fuisset, sicut et fuit, plenam potestatem habuisset istum suum helemosinarium omnem suam elemosinam adprehendere, et dare pro animam suam. || In primis iussit dari ad domum s. Cucufati omnem suam ereditatem quod habebat in terminio de Castellare, in ea videlicet racione, ut in diebus vite fratrum suorum tenuissent et dare fecissent || per singulos annos ad domum s. Cucufatis libra [1] I de cera

et post obitum fratrum suorum remansisset ad domum s. Cucufati. Et iussit dare ad fratres suos Gondefredus et Truictario omnem suam || ereditatem quod abebat in Moledo vel in Lacera, sive in Chalidas, et a fratri suo Wadamiro, levita, omnem suam ereditatem quod abebat in locum que dicunt Tapies, vel in locum que dicunt || Karesago de ipso fisco, qui pertinet ad Eruigio. Et omnem suum mobile iussit dari pro animam suam, exceptus sua vascula. Et cum hec omnia donavit sic obiit de hoc seculo || die kal. nuvemb. ubi odie sumus. Et ego Wadamirus, levita, qui sum elemosinario sic iuro in omnia et in omnibus quia quantum isti testes testificaverunt in istum iudicium verum est || et nulla fraus nec malo ingenio hic impressa non est, sed secundum unc ipsius conditorem factus vel editus, et ea que scio recte et veraciter testifico atque iuro super hanc meum iuramentum || in Domino.

Late condicionis II.° non. nuvemb., a.° VII.° regnante Ugone rege, qui fuit magno.

Ss. Uuadamirus, levita, qui sum elemosinario et hunc iuramentum iuravi; || S+m Wifredus; S+m Durandus; S+m Ermengaudus, nos testes sumus et hunc iuramentum iuravimus; S+m Eld[osindus]; S+m Recosindo; || S+m Miro, et isti auditores fuerunt; ✠ Audesindus, ss. ||

S+m Gelmirus, presbiter, qui has condicciones scripsit et ss. die et anno quod supra.

1. Cucufatislda .I. mss.

¶ 295. 994, enero 7.

Seniuldo y su esposa venden al abad Odón un alodio que poseían en Palausolitar, por ocho onzas y media de oro.

A. C. A., Monacales, perg. San Cugat, n.° 72. Véase el doc. n.° 302.

In nomine Domini. Ego Seniuldus, uxorque mea Iherosolima, vinditores sumus tibi Ódo, abba s. Cucufati Octovianensis cenobio, emptore. Per hac scriptura vinditionis nostre vindimus tibi omnem nostrum alaudem [quod] habemus in comita || to Barch., in Vallense, in palatio de Talathan, vel infra eius termines; qui nobis advenit per cartam emptionis quod emimus de Raimundo, comite, filium qd. Borrelli, comitis, vel et per quacumque voce, id sunt terris, vineis, [casis] || [curtis], arboribus, ortis, ortalibus, molinis, molinaribus, regos, capud regos, subtus regos, aquarum cursibus vel discursibus, pratis, pascuis, alveis, rivolis, cultum vel heremum plantaria ac diversa hedificia; que affrontat hec omnia predicta: de parte || circi in [termines] de s. Minati vel in termines de Calidas, de oriente in termines de predictas Calidas vel in termines de Plegamanes, de meridie in termines de ipsa Buada vel de Fontaneto, vel in termines de Polegnano, de occiduo in termines || de iam dicto Polegnano vel in termines de iam dicto s. Minati. Quantum istas totidem affrontationes includunt, sic vindimus tibi predicto alaude, quantum Raimundus, comes, ibidem habebat vel habere debebat, et per vocem fisci et ser[.....] || quod nos de illo emimus, et ille nobis venunda[vit], ista ea omnia nos tibi venundamus, ab omni integritate, in propter pretium uncias VIII et media de

auro cocto, legitime pensatas, quod tu nobis dedisti, et nos ad presens manibus nostri ac[cepimus;] || est manifestum. Quem vero predicta omnia [que tibi] vindimus, de iuro nostro tradimus dominio et potestate, simul cum exios et regressios earum, totum ab integre, ut quicquid exinde agere vel facere volueris, placabilem [atque in omnibus] || plenissimam licentiam habeas et per [fruas.] Et si nos vinditores, aut ullus homines viventis utriusque sexus qui contra hac vinditione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vendicare, sed componat aut com[ponamus predicta] || omnia in duplo cum omne[m suam inmeli]orationem et in antea ista vinditio fir[ma per]maneat omni tempore.

Facta vindicione VII id. ian., a. VII regnante Ugone rege, [qui dux fuerat] pridem.

S+m Seniuldus; || S+m Iherasolima, qui ista venditione fecimus et firmare rogavimus; S+m Lopardo; S+m Riculfo; S+m Sanla; S+m Audegario; S+m Gondemare; S+m Teude...; || S+m Petrus, ss. ||

℣ Bonushomo, levita, scripsit et ss. cum litteras rasas et emendatas ubi dicit "termines de s. [Mina]ti", die ett anno prefixo.

296.

994, febrero 26.

Mirón permuta con el abad Odón el alodio que poseía en el Vallés, junto al Ripoll y al Besós, en los confines de Porciá, y una viña sita en el Portell de "Canalilias", más seis onzas de oro, por un alodio sito en Las Tapias.

REGESTA: Mas, *Taula*, 402; *Notes*, IV, 156-7 (n.º CCLVII).

A. C. A., Cart., f. 58 *v*, n.º 220.

In nomine Domini. Ego Mirone, comutator sum vobis Odo, abba fratresque vestros cenobicos s. Cucuphati Octavianensis cenobio. Manifestum enim quia placuit animis meis, et placet, ut vobis comutari fecissem, sicuti et facio. Ideo comuto vobis alodem meum proprium, id sunt: terris, vineis cum casa et curte, et ipsos pratos cum rego et subtus rego et capud rego, qui mihi advenit per mea comparacione seu et per quacumque voce. Que est ipso alaude in comitato Barch., in Vallense, iusta Riopullo et iuxta Bisantio, in confinio et accessu de Porciano. Qui affrontat iam dicto alaude: de parte orientis in alveum Bisantio, de meridie intus in flumine de Riopullo, de occiduo in alaude supratáxato cenobio vel in alaude qui fuit de Erovigio, vicario, de circi in vinea de s. Andree et inlaterat se cum terra de Borrello. Et in alio loco in Canalilias, ubi dicunt ad ipso Portello, comuto similiter vobis una vinea, id est, modiata una, qui mihi advenit per eadem voce empcionis vel et per qualicumque voce. Que affrontat: de parte orientis in vinea de Miro, de meridie in ipsa strata publica, de occiduo in terra de Sabrosa, femina, de circi in vinea de Guifredo. Quantum istas totidem affrontaciones includunt, sic comuto vobis ipso alode et ipsa vinea, ab omni integritate, exceptus ipsa pecia de terra qui infra est, et est de Ermildis, femina, et alia terra que infra est, qui iam est de s. Cucuphati. Et aditio vobis in vestra comutacione sex uncias de auro cocto et mundo legitime pensatas, propter alium vestrum alaudem {que est} in suburbio prefato ad ipsas Tapias mihi satis placibile; est manifes-

tum. Quem vero predicto alaude et vinea et predictas uncias de omnia superius scripta, que ego vobis comuto, de meo iure in vestrorum trado dominio et potestate simul cum exiis et regressiis earum, ad vestrum plenissimum proprium, ut quicquid exinde agere vel iudicare volueritis, licentiam in omnibus habeatis quemadmodum et de aliis munificentiis domui prelibati s. Cucuphati pertinentibus. Quod si ego, comutator, aut alicuius homo humanaque condicione sexus, qui contra hanc comutacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam vobis iam dicta omnia in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione IIII.° kal. marcii, a. VII.° regnante Ugone rege, qui dux fuerat pridem.

Ss. Mirone, ss., qui ista comutacione feci et firmare rogavi; S+m Vivas; ✠ Borrello, sacer, ss.; S+m Leopardo; S+m Godemar; S+m Riculfo; S+m Ballomar; S+m Audegario; S+m Guillelmo.

✠ Bonushomo, levita, scripsi et cum rasura in verso II.° "vel ubi neccesse fuit" die et anno prefixo.

297. 994, marzo 17.

El conde Borrell permuta con el abad Odón un alodio sito en Porciá, junto al Ripoll, por otro que se halla en el puerto de Montjuich.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 656. — Carreras, *Lo Montjuich*, 221. — Mas, *Taula*, 414; *Notes*, IV, 157 (n.° CCLVIII).

A. C. A., Cart., f. 73 *v*, n.° 289.

In nomine Domini. Ego Borrello, comutator sum tibi domno Odo, abba Octavianensis cenobio s. Cucuphati fratresque vestros cenobicos. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, ut vobis cartam comutacionis fecissem, sicuti et facio. Comuto denique vobis alodem meum proprium; et mihi advenit per comutacione mea, vel et per quacumque voce. Que est ipso alode in comitato Barch., in Vallense, in terminio de Porciano, iuxta flumen Riopullo, vel in eius accessu. Que affrontat: de parte aquilonis in terra de s. Andree, de meridie in ipso flumine de Bisocio, de occiduo in alode de prelibato s. Cucuphati, de circii similiter. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comuto vobis predicto alode, ab integre, et ditioni vestre transfundo pro alio vestro alode que est in territorio Barch., in ipso porto de Monte Iudaico; est manifestum. Quem vero predicto alode, id est, terras, cultas et heremas, et ipso prato que ego vobis comuto, de meo iure in vestro trado dominio et potestate, simul cum exiis et regressiis earum, ad vestrum plenissimum proprium, ut quicquid exinde agere vel facere volueritis, plenissimam in omnibus habeatis licentiam, quemadmodum et de aliis munificentiis cenobii vestri pertinentibus. Et si ego comutator, aut alicuius homo humane conditionis sexus viventis, qui contra hac comutacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vendicare, set componat aut componam vobis predicta omnia monasteriique vestro in quadruplum prout sancti Patres sancxerunt, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione XVI.° kal. apr., a. VII.° regnante Ugo rege, qui dux fuerat pridem.

S+m Borrello, qui ista comutacione feci et firmare rogavi; S+m Auropino; S+m Guistrimiro de Tegorias; S+m Riculfo; S+m Lopardo; Vuilielmus, levita, ss.; S+m Borrello, sacer, ss.

BONUSHOMO, levita, scripsi et [ss.] cum litteras superpositas ubi dicit "et ipso prato", die et anno prefixo.

298. 994, abril 22.

Los limosneros de Longobardo venden al abad Odón un alodio situado en Pinells, término de Olérdola, por veinticinco sueldos.

REGESTA: MAS, *Taula*, 594-5; *Notes*, IV, 158 (n.° CCLIX).

A. C. A., Cart., f. 126 *v*, n.° 415.

In nomine Domini. Ego Wifredus et Baio, nos qui summus elemosinariis de qd. Longovardi, vinditores summus tibi domno Odo, gratia Dei abba. Manifestum est enim quia comendavit nobis qd. Longovardi, suam elemosinam quando ad obitum suum venit, unde nos iudicium obligatum et roboratum exinde abemus infra metum temporum a serie condicionis editus, ordinante iudice. et precepit nobis ut vindere fecisemus ipsum suum aulodem quod ipse conditor abbebat in comitatum Barch., infra termine de castrum Olerdula, in locum quem dicunt Pinelos; et affrontat ipsa terra simul cum ipso prado: de parte circi in terra de Ennego vel in ipso regario que inde discurrit, vel in ipso puteo, et de aquilonis in aulode de Bonamocia, femina, vel de suos eres, et de meridie in terra de Bonefilio, vicario, vel de Albaro, et de occiduo similiter in terra de Bonefilio, vel de Bonamocia, femina, et de filiis suis. Quantum istas affrontaciones includunt, sic vindimus tibi in ipsa terra et in ipso prado ipsa medietate per iam dicta voce ab integre, cum exiis et regressiis earum, in precium solidos XXV quod manibus nostris accepimus; et est manifestum. Et de nostro iure in tuam tradimus dominio et potestatem, ad omnia que volueris facere. Quod si nos vinditores, aut ullusque homo, qui contra hanc vindicione venerit ad inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus tibi ipsa hec omnia in duplo cum omni inmelioracione sua, et in antea ista vindicione firma permaneat omnique tempore.

Facta vindicione X.° kal. maii, a. VII.° regnante Ugo rege.

S+m Wifredus; Ss. BAIO, presbiter (?), nos qui ista vindicione fecimus et firmare rogavimus; S+m Wilielmus; Ss. Suniefredus, presbiter; VVILIELMUS, levita, ss.

℣ Gelmirus, presbiter, qui hec scripsit et ss. die et anno quod supra.

299. 994, agosto 1.

Suñer, Adroer y Dodo, testamentarios de Sesefredo, otorgan al Monasterio una propiedad sita en Porciá, junto al Ripoll, en el lugar llamado Camprodó.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 227. — Mas, *Taula*, 415-6; *Notes*, iv, 158 (n.º cclx). Aesbicher, *Études*, 20 y 29.

A. C. A., Cart., f. 75, n.º 298.

In nomine Domini. Ego Suniario, presbiter, et Adroario et Dodo, donatores sumus ad domum s. Cucuphati cenobii. Magnum mihi gaudium est Deum laudare et glorificare, de ipsa mea terra s. Dei Ecclesia honorare atque concedere, audientes predicationem sanctorum que elemosina a morte liberat animam, cognoscente me peccati macula honestum, compunctus divina pietate, ut pius et misericors sit Dominus in peccatis suis; propterea sic donamus ad domum s. Cucuphati martiris cenobii, terra nostra propria quod habemus in comitato Barch., in terminio de Purciano, in Riopullo, in locum que dicunt Campo Rotunno, et advenit nobis unde per iuditium que nos obligatum tenemus de qd. Sesefredo. Et affrontat ipsa terra: de parte circi et de aquilonis in Riopullo, et de meridie in ipsa gleira de Riopullo sive de Rio Maiore, et de occiduo in ipso cacavare de domum s. Cucuphati vel in ipsa insula. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic donamus a domum s. Cucuphati ipsa medietate de ipso Campo Rotunno, cum exio et regressio suo; et est manifestum. Quod si nos donatores, aut ullusque homo, qui contra hanc ista carta donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat ac componamus a predicto s. Cucuphati ipsa terra in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et ista donacione firma permaneat modo vel omnique tempore.

Facta donacione kal. agusto, a. viii.º regnante Ugo Magno, rex.

Ss. Suniario, presbiter; S+m Adroario; S+m Dodo, nos qui ista donacione carta fecimus et firmare rogavimus; S+m Eldemare; S+m Vuitesindo; S+m Ingilberto.

Ss. Petricius, presbiter, qui hec escripsit ss. die et anno quod supra.

300. 994, agosto 17.

Los herederos testamentarios de Jocefredo dan al Monasterio un alodio sito en Villalvir.

REGESTA: Mas, *Notes*, iv, 158-9 (n.º cclxi).

A. C. A., Cart., f. 357 *v*, n.º 1045.

In Dei nomine. Ego Unufredo et Orucio et Miro et Sancia, femina, tutores vel manumessores fuimus de qd. Iocefredi de suum alaude quod ille eis iussit, sic donamus ipsum suum alaudem quod ille abebat in chomitatum Barch., in locum que vocant villa Aldviri. Sic donamus namque tibi ad domum s. Cucuphati cenobii ipsas terras et vineas, et casas cum solos et superpositos, et

ferragenales et ortos, cum ipsa ecclesia qui ibidem est, pro anima sua vel ienitori suo, vel ienitrice sua, exceptus ipsa vinea que comparavi quando nos iuditium obligavimus a sserie conditione, ordinante iudice. Et afrontat ipsa hec omnia: de parte orientis in vinea de Ego vel suos eres, et de meridie in terra de Bellus, vel in estrada, et de occiduo in terra de Bonefilio vel suos eres, et de circi in ipsa strada. Quantum istas afrontaciones includunt, sic donamus namque tibi ipsa hec omnia quod superius resonat, totum ab integrum, cum exiis vel regresiis earum. Quod si nos donatores aut ullusque omnia qui contra hanc ista karta donatione venerit pro inrumpendum non hoc valeat vindicare, sed componat ista hec omnia, quod superius resonat, in duplo cum omnem suam inmeliorationem, et in antea ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta karta donacione XVI.° kal. sept., a. VIII.° regnante Uchoni rege.

Unufredus, ss.; S+m Orucio; S+m Miro; S+m Sancia, qui ista — donatione — karta donatione pariter fecimus et testes firmare rogavimus; S+m Ermemiro; S+m Unifredo; Abbo, presbiter.

Ss. Abbo, sacer, qui ista karta donacione scripsi et ss. die vel anno quod supra.

301. 994, octubre 16.

Erminisclo y Ermovua permutan con el abad Odón dos piezas de tierra sitas en Castelldefels.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 253. — Mas, *Notes*, IV, 159 (n.° CCLXII).

A. C. A., Cart., f. 269 *v*, n.° 833.

In nomine Domini. Ego Ermenisclo et uxori mea Ermouna, comutatores sumus vobis ad domum s. Cucuphati cenobii et Odone, gratia Dei abba. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut ullus coquecoegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea hoc elegi cum Deo bona voluntate ut {vobis} cartam comutacionem fecissemus, inter nos aliquod de aulodem nostrum, sicuti et facimus. Donamus namque vobis in nostra comutacione pecias II de terra, que sunt in duos locos, que nobis advenit, ad me Ermenisclo, per mea comparacione, et a me Ermovua, per ienitores meos vel per quecumque voce. Et est ipsa terra in comitatu Barch., in terminio +Er+aproniano, in locum que dicunt de castrum Felix. Et affrontat: de orientis ipsa una pecia de terra, et de meridie et de occiduo et de circi in terra de s. Maria de castrum Felix; et alia terra affrontat: de orientis in terra de Adanagelle, de meridie et de occiduo et de circi similiter in terra de iam dicto domo de s. Maria de Castrum Felix. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic comutamus vobis ipsas pecias II de terra, ab integrum, in tali videlicet racione, ut si vos volueritis disrumpere ista comutacione, componere faciatis in vinculo solidos c. Et est manifestum. Quem vero predictas ipsas terras, que vobis comutamus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestatem cum exios vel regresios earum, a proprio. Quod si nos comutatores aut ullusque homo, qui ad ista comutacione venerit pro inrumpendum, non

valeat vindicare, sed componat aut componamus vobis ipsa terra in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista comutacione XVII.° kal. nov., a. VIII.° regnante Ugone rege.

S+m Ermenisclo; S+m Ermevua, qui ista comutacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Vivas; S+m Alarigo; S+m Viadero.

Ss. Trasovarius, presbiter, qui ista comutacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

302. 995, enero 10.

Seniuldo y su esposa venden al Monasterio, por ocho onzas y media de oro, un alodio que poseían en Palou.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 295. — MAS, *Notes*, IV, 159-60 (n.° CCLXIII). — GALLARDO, *Del Mogent*, 13.

A. C. A., Cart., f. 380, n.° 1102. Véase el n.° 295.

In nomine Domini. Ego Seniuldo, uxorque mea Iherosolima, nos simul in unum viditores sumus tibi Odo, abba s. Cucufati Octavianensis cenobio emptore. Per hanc scriptura vinditionis nostre vindimus vobis omnem nostrum alaudem quod abemus in comitato Barch., in Vallense, in locum vocitatum Palaciolo vel infra eius termines. Qui nobis advenit per cartam emptionis quod emimus de Raimundo, comite, filium qd. Borrelli, comitis, seu et per quamcumque voce. Id sunt terris, vineis, casis, curtis, arboribus, pomiferis, ortis, ortalibus, molinis, molinaribus, regos, caputregos, subtusregos, aquarum cursibus vel discursibus, pratis, paschuis, alveis, rivolis, plantaria atque diversa edificia, cultum vel eremum. Que affrontat hec omnia: de parte circi in termines de locum vocitatum Granolarios, de oriente in termine de Valle Ariulfo vel de valle Luparia, de meridie in ipsa via calciata, de occiduo in flumine que dicunt Vallense. Quantum istas totidem affrontaciones includunt sic vindimus tibi predicto alaude quantum Raimundus, comes, ibidem habebat vel haberi debebat per quacumque voces, quod nos de illo emimus et ille nobis venundavit. Ita ea omnia nos tibi venundamus ab omni integritate, in propter precium, uncias VIII et media de auro cocto et mundo legitime pensatas, qui in nobis dedisti et nos ad presens manibus nostris accepimus; et est manifestum. Quem vero predicta omnia, que nos tibi vindimus, de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestate, simul cum exiis et regressiis earum, totum ab integre, ut quiquid exinde agere vel facere volueris, placabilem atque in omnibus plenissimam licentiam habeas et prefruas omnimoda per tempora. Et si nos viditores, aut alicuius hominis viventis utriusque sexus qui contra hac vindicione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vendicare, set componat aut componamus tibi predicto alaude in duplo cum omnem suam inmeliorationem, et in antea ista vindicio firma permaneat omnique tempore.

Facta vindicione IIII.° id. ian., a. VIII.° regnante Ugone rege, qui dux fuerat pridem.

S+m Seniuldo; S+m Iherosolima, nos que ista vindicione fecimus et

firmare rogavimus; S+m Lopardo; S+m Ricolfo; S+m Sanla; S+m Audegario; S+m Gondemar; S+m Seniofredo.

Ss. Bonusomo, levita, scripsi, et cum litteras inlesas in verso VI die et anno prefixo.

303. 995, enero 28.

Gelmiro y su esposa venden al abad Odón, por seis sueldos, una viña sita en el término de San Cugat.

REGESTA: MAS, *Taula*, 288; *Notes*, IV, 160 (n.º CCLXIV). — PERAY, *San Cugat*, III.

A. C. A., Cart., f. 18 *v*, n.º 42.

In nomine Domini. {Ego} Gelmirus, et uxori mee Gondesalva, vinditores sumus vobis domno Odo, gratia Dei episcopus, et nutu Dei abba cenobio s. Cucuphati, simul fratres vestros monachos, emtores. Per hanc scripturam vendicionis nostre vindimus vobis vinea nostra propria, quod habemus in comitatum Barchinona, in terminio de s. Cucuphati, qui mihi advenit per complantacione de genitore meo, quod ille edificavit in aulode de predicto domo s. Cucuphati, sive per quacumque [voce]. Que affrontat: de oriente in vinea de Seniomirus, de meridie in vinea de Egovara, de occiduo de vos emtores, de circi similiter. Quantum istum istas affrontaciones includunt, sic vindimus vobis ipsa vinea totam, in propter precium solidos VI quod vos emtores precium nobis dedistis, et nos vinditores de presentibus manibus nostris accepimus; et est manifestum. Quem vero predicta vinea que vobis vindimus de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestate, ad faciendum quod volueritis, liberam in Dei nomine habeatis potestatem, cum exio et regressio suo ad proprio. Quod si nos vinditores, aut ullusque homo, qui contra ista vindiccione venerit ad inrumpendum, non valeat vindicare, sed componat aut componamus vobis ipsa vinea in duplo cum omni inmelioratione sua et in antea ista vindiccio firma permaneat omnique tempore.

Facta vindiccio v.º kal. feb., a. VIII.º regnante Ugone rege.

S+m Gelmirus; S+m Gondesalva, nos qui ista vindictione fecimus et firmare rogavimus; S+m Witardus; S+m Elias; S+m Seniofredus.

S+m Gelmirus, presbiter, qui hec scripsit et ss. die et anno quod supra.

304. 995, mayo 21.

El abad Odón permuta con Amelio y su mujer un molino y sus anejos, sito en La Vid, por una viña que se halla en "Luduno" o una onza de oro.

REGESTA: VILLANUEVA, *Viaje*, XIX, 23. — MAS, *Taula*, 843; *Notes*, IV, 160 (n.º CCLXV). PERAY, *San Cugat*, III.

A. C. A., Cart., f. 150, n.º 487.

In nomine Domini. Ego Odo, gratia Dei episcopus sancte sedis Ierundensis ecclesie, et nutu Dei abba cenobio s. Cucufatis simul cum fratres meos monachos, comutatores sumus tibi Amelius et uxori tue Godegeva. Manifestum est

enim quia comutamus vobis molinum nostrum cum suo rego et cum suo caput aquis, vel cum universa utensilia quem ad molinum pertinet, et kasa I cum solo et superposito, et pecias II de terra; qui est hec omnia in comitatu Barchinona, in terminio de ipsa Vide, qui nobis advenit de nostro cenobio supranominato s. Cucufati. Qui affrontad hec omnia: de oriente in orto qui fuit de qd. Druda, de meridie simul in terra qui fuit de qd. Druda, sive in ipsa Spellunca, de occiduo similiter in terra de predicta qd. Druda, de circi in terra de Iotone. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comutamus vobis ipsum molinum cum universa utensilia sua, quem ad molendinum pertinere debet, et cum ipsa kasa et ipsas pecias II. de terra Et accepimus nos comutatores in nostra comutacione modiata I de vinea ad ipso Luduno, iusta ipsas vineas de Nevolenda, vel uncia I de auro cocto. Quem vero predicta hec omnia, que vobis comutamus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestate, cum exios et regressios earum, in ea videlicet racione, ut in diebus vite nostre hec omnia teneatis et possideatis, et post obitum vestrum remaneat ad predicto cenobio s. Cucufati sine ulla occasione. Quod si nos comutatores, aut ullusque homo, qui contra hanc comutacione venerit ad inrumpendum, non hoc valead vindicare, set componat aut componamus vobis ipsa hec omnia in duplo cum omni inmelioracione sua, et in antea ista comutacione firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione XII.° kal. iuni, a. VIII.° regnante Ugone rege.

☧ Odo, hac si indignus gratia Dei episcopus sancte sedis Ierundensis ecclesia, et nutu Dei abba cenobii s. Cucufati; S+m Alaricus, presbiter et monachus; Ato, monachus; Gudamirus, presbiter et monachus; Guadamirus, presbiter et monachus; Gontarius, presbiter et monachus; David, presbiter et monachus.

Gelmirus, presbiter, qui hec scripsit die et anno ss. quo supra.

305. 995, junio 10.

Guillermo y su esposa venden al abad Odón dos piezas de tierra que poseían en Albiñana y en "Palaz Avuzid" por seis mancusos de oro.

REGESTA: MAS, *Taula*, 331; *Notes*, IV, 161 (n.° CCLXVI). — AESBICHER, *Études*, 60.

A. C. A., Cart., f. 53, n.° 191.

In nomine Domini. Ego Wilelmus et uxori mee Chusca, femina, vinditores sumus vobis domno Odone, gratia Dei episcopus vel abba cenobio s. Cucuphato Octavianensis simul cum fratres vestros monacos, emtores. Per hanc scripturam vinditionis nostre vindimus vobis pecias II de terra nostras proprias quod habemus in comitatum Barchinona, in Vallensem, in terminio de Albiniana, et alia pecia est in terminio de Palaz Auzid, iuxta s. Stephani martir, qui mihi advenit per mea comparatione sive per mea comutacione, et ad me, uxor, per meum decimum. Qui affrontat ipsa I pecia, qui est in terminio de Albinana: de oriente in terra de Godemar, vel de Izied, de meridie in terra de Igiga, de occiduo in strada, de circi in terra de Ezied; et alia pecia de terra, qui est in terminio de Palaz Avuzid, affrontat: de oriente in via que pergit ad s. Ste-

phani, de meridie in terra de Recosindo, de occiduo in ipso rego de ipso mulino, de circi in terra de Bellashomo. Quantum istas affrontaciones includunt, sic vindimus vobis ipsa terra in propter precium mancosos VI de auro cocto. Quem vero predictas pecias II de terra, que vobis vindimus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestate, cum exios et regressios earum, ad proprio. Quod si nos vinditores, aut ullusque homo, qui contra hanc vindictione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus vobis pecias II de terra in duplo cum omni inmelioracione sua, et in antea ista vindictio firma permaneat omnique tempore.

Facta vindictio IIII.° id. iunii, a. VIII.° regnante Ugone rege.

S+m Wilelmus; S+m Cusca, femina, nos qui ista vindictione fecimus et firmare rogavimus; S+m Ariemir; S+m Sentramir; S+m Arnallus.

☧ Gelmirus, presbiter, qui hec scripsit et ss. die et anno quod supra.

306. 995, junio 21.

Belido permuta con el Monasterio una tierra y viña de Reixach por una tierra y viña de "Palacio Auzid".

REGESTA: Mas, *Taula*, 415; *Notes*, IV, 161-2 (n.° CCLXVII). — Aesbicher, *Études*, 118.

A. C. A., Cart., f. 74 *v*, n.° 294.

In nomine Domini. Ego Belido, comutatór sum ad domum s. Cucuphati cenobii. Per hanc scriptura comutacionis mee comuto a predicto domum s. Cucuphati terra et vinea mea propria, qui mihi advenit per mea comparacione seu per quacumque voce; et est ipsa terra et vinea in comitato Barch., in terminio de Pasturano que vocant Rexago. Et affrontat ipsa terra et vinea: de oriente in ipso márgene et in terra de Gontella, femina, de meridie in terra et vinea de Guilemundo, de occiduo in terra de domum s. Cucuphati, de circi in terra de Tortera, femina. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic dono a predicto a domum s. Cucuphati modiata una et media de terra et modiata una et media de vinea et mancosos V de auro in sua comutacione, ab integre, et iure eam trado, et accepit ego comutator, in mea comutacione ex parte modiata una et media de terra et modiata de vinea que est in terminio de Palatio Auzid; et est manifestum. Quem vero predicta terra et vinea que comuto a domum s. Cucuphati de meo iuro et eam trado dominio et potestatem, ad proprio, simul cum exios et regressios suos. Quod si ego comutator, aut ullusque homo, qui contra hanc comutacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut compono a domum s. Cucuphati predicta terra et vinea in duplo cum sua inmelioracione, et in antea ista comutacione firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione X.°I.° kal. iulii, a. VIII.° regnante Ugo rege.

S+m Belido, qui ista comutacione feci et firmare rogavi; S+m Baron; S+m Benedecto; S+m Gidisclo.

S+m Gotmar, presbiter, qui hanc scriptura comutacionis scripsit ss. sub die et anno quod supra.

307. 995, septiembre 24.

Revella otorga al Monasterio la tercera parte de un alodio sito en Vallseca, parte que le legó su difunto esposo Flavio.

REGESTA: Mas, *Taula*, 222; *Notes*, IV, 162 (n.º CCLXVIII). — Aesbicher, *Études*, 33. Durán, *Relaciones jurídicas*, 237.

A. C. A., Cart., f. 16 *v*, n.º 35.

In nomine Domini. Ego Revella, femina, donatrice sum Deo et s. Cucuphati cenobii. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, nullus coegentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria mea expontanea hoc elegi cum Deo bona voluntate ut ad domum s. Cucuphatis cartam donationis fecissem, sicuti et facio. Dono mamque ad predicto domo in cassis, in curtis, in solos et superpositos, in ortis, ortalibus, in pomiferis, in glandiferis, vel aliis infructuosis arboribus, in terris et vineis, ipsa tercia parte quod viro meo qd. Flavio mihi concessit in suum aulodem quando venit ad extrema voluntatem in suum testamentum, unde, iudicium obligatum tenemus infra metus temporum. Qui est ipsum aulode in termin{i}o de Aqualonga, sive de Cercitulo, vel in aliis terminis, sive in loco quem dicunt Valle Sica; et dono hec omnia ad predicto domo cum illorum affrontacionibus. Quantum illorum affrontaciones includunt, sic dono ad eius domo servientesque ipsius, sicut aliis aulodibus vel munificentiis ad eius domo pertinentibus. In ea videlicet ratione ut in diebus vite mee teneam, et post obitum meum remaneat ad domum s. Cucuphati, propter Deum et remedium anime mee et de viro meo qd. Flavio quantum mihi concessit predicto viro meo vel ego donatricem ibidem habeo per quacumque voce. Quod si ego donatrice, aut ullusque homo, qui contra ista donatione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vendicare, sed componat aut componam ad predicto domo, servientesque ipsius, in duplo cum omni inmelioratione sua et in antea ista donatione firma permaneat omnique tempore.

Facta donatione VIII.º kal. oct., a. IX.º regnante Ugone rege.

S+m Revella, qui ista donatione fecit et firmare rogavit; S+m Suniarius; S+m Poncius; S+m Venrellus.

☧ Guelmirus, presbiter, qui hec scripsit et ss. die et anno quod supra.

308. 995, noviembre 22.

Seniofredo da a San Cugat casas, corrales y tierras que poseia en Palau Tordera.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 162-3 (n.º CCLXIX).

A. C. A., Cart., f. 320 *v*, n.º 958.

In nomine Domini. Ego Seniofredus, presbiter, donator sum tibi ad domum s. Cucufati cenobii, kasas et curtes, terras et vineas et pomiferis, qui michi advenit per mea comparacione aut per quacumque voces; que est hec omnia in comitatu Barchinona, in villa Vitaminia, que vocant Palacio. Afron-

tat ipsas casas et curtes et arboribus et terras: de oriente in rio vel in via que pergit ad Romanos, de meridie in terra de Guisulo, vel suos eres, de occiduo in via que pergit ad Pinellus, vel ad ipsa kararia, de circi in rio et ipsa vinea de Luprikanos, et ipsas vineas de ipso plano. Quantum in istas quatuor affrontaciones includunt, sic dono ad domum s. Cucufati ipsas kasas, kcurtes, ipsum meum aulode, in tale videlicet ratione, ut in diebus vite me teneat et posideat, post obitum meum remaneat ad domum s. Cucufati. Quod si ego donator, aut ullus omo, qui contra ista donacione ad inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed componat ad domum s. Cucuphati in duplo cum omni sua inmelioratione, et hanc donacione firmis permaneat omnique tempore.

Facta donacione X.° kal. dec., a. VIIII.° regnante Ugus rex.

S+m Seniofredus, presbiter, qui ista donacione fecit et firmare rogavit; ✠ Lingovardus, presbiter, ss.; Ss. Duviarles, presbiter, ss.; Ss. Ellemarus, presbiter, ss.

Guifredus, presbiter, scripsit cum literas superpositas in verso III ss. die et anno quod supra.

309.

995, diciembre 20.

Nifridio y su esposa otorgan al Monasterio unas casas y tierras situadas en "Aqualonga".

REGESTA: MAS, *Taula*, 222; *Notes*, IV, 163 (n.° CCLXX).

A. C. A., Cart., f. 17, n.° 36.

In nomine Domini. Ego Nifridio et uxori mea Casta, donatores sumus ad domum s. Cucuphati martiris cenobii. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut nullus quoque cogentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea hoc elegimus cum Deo bona voluntate, ut a predicto domo cartam donationis fecissemus, sicuti et facimus. Donamus namque ibi casas cum solos et superpositos et parietes et curte et terras et vineas et arbores, in regum et subtus regum, in omnia et in omnibus, quantum ibidem habemus vel hereditare debemus; qui nobis advenit hec omnia tam per comparatione quam per genitores, sive per decimum vel per parentorum, aut per ullamque vocem. Et est hec omnia in comitatu Barch., in termin{i}o de Aqualonga. Qui affrontat hec omnia: de orientis in terra s. Cucuphati vel in strada publica, de meridie in terra de Seniofredo, vicario, de occiduo in alveo rio Rubio, de circi in terra de Gondefredo vel de Marcucio; et ipsas vineas affrontant de omnesque partes in vineas de iam dicto domo. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic donamus ipsa hec omnia a predicto domo, in tali videlicet ratione: ut in diebus nostris nos et posteritas nostra teneamus et posideamus et donare faciamus per ullumque annum ipsa tasca ad iam dicto domo, et post obitum nostrum remaneat hec omnia a predicto domo, ab integrum, et nec nos, nec posteritas nostra, non habeamus ibi licentiam alium seniorem ad facere nisi de iam dicto domo; et est manifestum. Quem vero predicta ipsa hec omnia que ad eius domo donamus, de nostro iure in eius

tradimus dominio et potestate cum exios vel regressios earum. Quod si nos donatores aut ullusque homo qui ad ista donatione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus ipsa hec omnia ad predicto domo in duplo cum omnes illorum inmeliorationes et in antea ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donatione XIII.° kal. ian., a. VIIII.° regnante Ugone rege.

S+m Nifridio; S+m Casta, qui ista donatione fecimus et firmare rogavimus; S+m Suniarius; S+m Ferriol; S+m Godmarus; S+m Audevagrus, presbiter.

Ss. Vidisclus, presbiter vel monachus, qui ista donatione scripsi cum litteras fusas in verso VI et ss. die et anno quod supra.

310. 996, mayo 21.

Engoncia vende al abad Odón una tierra situada en "Aqualonga" por tres sueldos.

REGESTA: MAS, *Taula*, 288; *Notes*, IV, 163 (n° CCLXXI).

A. C. A., Cart., f. 19, n.° 45.

In nomine Domini. Ego Engoncia, vinditrice sum tibi Odo, gratia Dei episcopi, emtore. Per hanc scripturam vinditionis mee vindoque tibi terra francha, mea propria, quod mihi advenit per genitrice mea vel per quacumque voce; est ipsa terra in comitatu Barchinona, in terminio Aqualonga; et affrontat ipsa terra: de parte oriente in terra de s. Cucufati cenobii, et de meridie similiter, et de occiduo in ipso rego qui discurrit ad ipsos molinos, et de circi in terra de s. Cucuphati. Quantum infra istas IIII affrontaciones includunt, sic vindo tibi ipsa terra, ab integrum, cum exio vel regressio suo, in propter precium solidos III; et est manifestum. Quem vero predicta ipsa terra que ego tibi vindo de meo iuro in tuo trado dominio et potestate ad omnia quicquid volueris facere libera, in Dei nomine, habeas potestate. Quod si ego vintrice ad ullusque homo qui contra hanc ista carta vinditio venerit ad inrumpendum, aut ego venio, non hoc valeat vindicare, sed componat aut compono tibi ipsa terra in duplo cum sua inmelioratione, et in antea ista carta vindicio firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta carta vinditio XII.° kal. iunii, a. VIIII.° regnante Ugone rex.

S+m Engoncia, qui ista carta vinditione feci et firmare rogavi; S+m Trassovario; S+m Ollegisso; S+m Isimbardo.

⁂ Rycolsus, scripsit et ss. die et anno quod supra.

311. 996, mayo 22.

Tidela y Bagela permutan con el abad Odón un huerto y unas tierras de Llerona.

REGESTA: Mas, *Notes,* IV, 164 (n.° CCLXXII). — Aesbicher, *Études,* 27.
A. C. A., Cart., f. 751, n.° 1030.

In Dei nomine. Ego Tidela et Bagelo, femina, nos comutatores sumus sancti martir vel Odo,, gratia Dei episcopo de s. Dei ecclesie sede Gerundense, et nutu Dei aba cenobi, simul cum a fratres meos monacos. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, quod comutacionem tibi fecissemus orto nostro proprio subreganeo cum arboribus vel cum vitis, vel kanedo, et in alio loco pecias II de terras; qui nobis advenit a me Tidela et Bagelo, femina, nos comutatores per nostra comparacionem, vel de genitori nostro, sive per quacumque voce. Et est ipsa hec omnia super escripta in comitato Barch., in locum Vallense, vel infra terminio de Lorona, sive de Mugal, ad ipsos ortos. Et adfrontat ipso orto subreganeo: de oriente in ipso regulo vel ad ipso molino, de meridie in terra de Petro, vel de Guimara, de occiduo in terra de Maga, femina, de circii in terra de Placidia, femina, vel de filios suos; et ipsa I pecia de terra afrontat: de oriente in flumen Vales, de meridie in terra de Altemiro, de occiduo in ipso rego mulenero, de circi in terra de Perdero; et alia pecia de terra afrontat: de orient in flumen Vales, de meridie in terra de Peder, de occiduo in rego, de circi in terra de Godemiro. Quantum infra istas afrontaciones includunt, sic comutamus vobis ipsa hec omnia super escripta, cum arboribus, ab integrum, et dicioni tue conmitamus, cum exis vel regresis earum, et accepimus nos comutatores in nostra comutacionem; et est manifestum, de nostro iuro in tuam tradimus dominio et potestatem ad omnia que volueritis facere. Et si nos comutatores aut ullusque omo, qui contra anc ista comutacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindika, sed componant, aut componamus vobis predicta hec omnia in duplo cum omne suam inmelioracionem, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista comutacione XI.° kal. iunii, a. VIIII.° renante Ugo rege.

S+m Tidela; S+m Bagelo, femina, nos qui ista comutacione fecimus, et firmare rogavimus; S+m P[e]dero; S+m Dako; S+m Ermemiro.

℣ Argela, presbiter, qui ista comutacione escripsit sub die et anno quod supra.

312. 996, agosto 2.

Duviano y otros parientes del difunto Seniofredo otorgan a San Cugat casas, una torre, tierras y viñas del difunto.

REGESTA: Mas, *Notes,* IV, 164-5 (n.° CCLXXIII); *Notes,* XIII, 83.
A. C. A., Cart., f. 310, n.° 934.

In nomine Domini. Ego Duviano, sacer, et fratri meo Bonucio, sacer, et Eldemar et Gotmar et Seniofredo et Richelle et alia Richelle, et Adalgards,

nos simul in unum donatores sumus ad domum s. Cucuphatis martiris cenobii. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut ullusque quoque-coegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea hoc elegimus cum Deo bona voluntate, ut ad predicto domo cartam donacionis fecissemus, sicuti et facimus. Donamus namque ibi casas, cum solos et superpositos, et parietes et curte, et turre que ibidem est, et terra cum ipsos arbores que ibi pertinet; et in alios locos terras et vineas; qui fuit hec omnia de qd. Seniofredo, sacerdote, unde ille precepit cartam facere ad iam dicto domo. Et nos simul in unum parentes vel consanguinei sui donamus hec omnia superius scripta ad predicto domo propter Deum et remedium anime de ipsius conditoris Seniofredi sive et remedium animas nostras; qui sunt hec omnia in comitatu Barch., in terminio de Betilona. Que advenit nobis hec omnia per voce parentorum nostrorum sive per quacumque voce. Qui affrontant ipsas casas cum ipsa terra et turre que ibidem est: de circi in terra de Guifredo vel de s. Maria sive de Guisla, femina, de aquilonis in terra de Lings, femina, de meridie in terra de Francho, presbitero, vel de Serve Dei sive de Seniofredo et iniungit usque in terra de Recosindo vel de Liuila, de occiduo in via, vel in ipsa cortina sive in terra sancti Cucuphati vel in via, et in terra de Liuila, vel suos heres. Et alia terra affrontat: de circi in via, de aquilonis in terra de Linags, femina, de meridie in terra de Francho, presbitero, de occiduo in terra de Seniofredo. Et alia terra affrontat: de circi in via, de aquilonis in torrente, de meridie similiter vel in Karraria, de occiduo in terra de Recemire. Et alia terra affrontat: de circi in terra de Liuila, de aquilonis in torrente, de meridie in torrente Bonadomna, femina, vel de Livila, de occiduo in via. Et ipso vineale affrontat: de circi in vineale de Francho, presbitero, de aquilonis in vineale de s. Maria, de meridie in ipsa limite, de occiduo in ipsa Karraria. Et alia terra affrontat: de circi in terra de Guifredo, de aquilonis in torrente, de meridie in via, de occiduo in terra de Lings, femina. Et ipsa una vinea affrontat: de circi in ermo de Francho, presbitero, de aquilonis in ermo de s. Maria vel suos eres, de meridie in vinea de Livila vel suos heres, de occiduo in torrente. Et alia vinea de ipsos precarios affrontat: de circi in vinea de s. Cucuphati, de aquilonis in vinea de Americo vel de Eriberto, de meridie in semitario consueta, de occiduo in torrente. Et alia vinea affrontat: de circi et de aquilonis in vinea de Enguncia, femina, de meridie in vinea de Audesindo vel suos eres, de occiduo in ermo de Domnucio. Et alia vinea affrontat: de circi in vinea de Enguncia, de aquilonis in torrente, de meridie in vinea de Aimerigo, de occiduo in vinea de Enguncia. Et alia vinea: de circi in via, de aquilonis et de meridie in vinea de s. Cucuphati, et de occiduo in torrente. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic donamus ipsa hec omnia ad predicto domo, ab integrum; et est manifestum. Quem vero predicta ipsa hec omnia, que ad eius domo donamus, de nostro iure in eius tradimus dominio et potestatem, cum exios et regressios earum, a proprio. Quod si nos donatores, aut ullusque homo, qui ad ista donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus ad eius domo ipsa hec omnia in duplo, cum omnes illorum inmelioraciones, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione IIII.° non aug., a. X.° regnante Ugone rege.

Ss. Duvianus, presbiter; Ss. Bonucius, presbiter, ss.; S+m Gotmar;

S+m Seniofredo; S+m Richelle; S+m alia Richelle; S+m Adalgards, nos simul in unum que ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Maier; S+m Leopardo; S+m Tedebertus, ss.; S+m Riculpho.

Ss. Guadamirus, presbiter et monacus, qui ista donacione scripsi, cum literas rasas in verso VI et ss. die et anno quod supra.

313. 996, septiembre 27.

Isimbardo otorga al Monasterio sus propiedades sitas en Santa Margarita, con las casas, corrales, tierras y enseres, que poseía junto al castillo de Olérdola, exceptuando los derechos de su mujer.

REGESTA: MAS, *Taula*, 592; *Notes*, IV, 166 (n.º CCLXXIV).—DURÁN, *Las relaciones*, 238. A. C. A., Cart., f. 121, n.º 401.

In nomine Domini. Ego Isimbardo, licitum esse videtur domus Dei hedificare et de rebus meis honorare, audientes precationes sanctorum omnium, que elemosina a morte liberat anima, cognoscitis peccata conpuncta, divina pietas, ut pius et misericors sit peccatis meis. Propter hoc sic concedo atque trado a domum s. Cucuphati martir cenobii terras et vineas et curtes et turre, et casas et oros et mulinos, cum illorum capudregos et illorum glevares, et pratos et pomiferis et aliis arboribus, cultis et incultis, in locum ubi vocitant a s. Margarita. Et in alio loco subtus de castrum Olerdula, ipsas meas casas et curte et ipso ferragenal, cum ipsos arboribus qui infra sunt et tonna I et cubo I; et advenit michi hec omnia, de genitores meos et per mea comparacione sive per omnesque voces. Et affrontant hec omnias terras et vineas et casas et curtes et turre et ortos et mulinos cum illorum capudregos et illorum resclosares et illorum glevares et ipsos pratos: de parte circi in terra de Richus et de Sindulo, de aquilonis in terra de Albaricus et de Guillelmus vel eres suos, et in vinea de Ursione, et in vinea de Adroario, de meridie in vinea et in terra de Guilaberto, de occiduo in ipsa rocha et in rivos de s. Martini, et de Vitrano. Et affrontant ipsas casas et curte, simul cum ipso verdegario: de parte circii in casa et in terra de Gerardo, de aquilonis in ipsa rocha, de meridie in terra de Erimara, de occiduo in [1] . Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic trado atque concedo ad s. Cucuphati martir cenobitarum, ipsas hec omnias quod superius resonat, exceptus ipsum decimum de uxori mea, et iure ipsos servientes eam trado usandi, exfrutandi, et plenam habeant potestatem, sicut in sanctorum canonum resonat, cum exios et regressios earum, a proprio, et pro meis animabus exorare non pingeam, ut veniam ad remedium anime mee a Domino meo Iesu Christo, pater de celis, in tale captione, ut ego in diebus meis tenere et possidere ego faciam, et post obitum meum remaneat ad filios meos, si venerint de ipsa captivitate, et si non venerint, remaneat a parentes meos proximos, qui michi bene servivit, et bene ipsas terras et vineas occultare faciat, et per quisque annos servire faciant a s. Cucufati martiri ipsa tascha. Et post obitum illorum abeant potestatem ipsos servientes de domum s. Cucuphati martir ipsas hec omnias, quod superius resonat, aprehendere, tenere et possidere eam faciat, sine blandimentum de ullumque hominem. Et qui contra ista donacione venerit ad inrumpendum, in

diebus meis, sive de parentibus meis, a peccatis nostris anime ipsius sit obligatum, et cum Iudas Schariot qui Dominum tradidit habeant participacionem, et ista donacione inrumpere non permittatur, sed temporali iudicio componant quantum hec resonant in duplo cum illorum inmelioraciones, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione ista VI.° kal. oct., a. X.° regnante Ugone rege.

S+m Isimbardo, qui ista donacione feci et firmare rogavi; S+m Ferriol; S+m Lunes; Ss. Salamiro, presbitero.

S+m Senderedus, presbiter, qui hec scripsi cum litteras emendatas in verso V et ss. die et anno quod supra.

1. *En blanco, con un espacio para ocho letras.*

314. 996, octubre 6.

El conde Ramón permuta con el abad del Monasterio un alodio llamado Villar Taudbert por otros alodios sitos en Mata, Argentona, Premiá, "Villa Azari" y Teyá.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 17. — Carreras, *Argentona*, 26. — Mas, *Notes*, IV, 174-5 (n.° CCXC). — Aesbicher, *Études*, 124, 136.

A. C. A., Cart., f. 323, n.° 964.

In Dei nomine. Ego Raimundus, gratia Dei comes et marchio, et uxor mea Ermessindis, comitissa, comutatores sumus tibi Odone, episcopo qui et abba, et fratres tuos monachos s. Cucufati cenobii. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut inter nos comutacionem fecissemus de alaude nostro proprio, sicuti et facimus. Donamus namque vobis alaudem nostrum proprium, que vocant Villare Teudbert, cum terminis et aiacenciis suis; et est ipse alaudus in comitatu Barch. Et afrontat ipse alaudus: de parte orientis in flumen Tordaria, de meridie in alaude de Odone, vicario, et de s. Andree cenobii, vel in termine de villa Vitaminea, que vocant Palacio, qui est alaudus de s. Cucufate cenobio, de occiduo in ipso torrente vel rio de ipsas Avelanedas, sive in ipsa aqua que discurrit, de circi in ipsos terreros albos, sive in ipso alaude de s. Cucufate supranominato, sive in termine de Villare Viadario, que est alaude de s. Andrea supranominato. Quantum infra istas afrontaciones includunt, sic donamus vobis ipsum alaudem, ab integrum, cum terminis et aiacenciis suis, supranominatum Villare Tedberto, cum casas et curtes, et cum omnibus edificiis que ibidem sunt, cum ortis et ortalibus, cum terris et vineis, cum silvis et garricis, cultum vel eremum, pratis et pascuis, regos +et subtus regos+, cum exiis et regressiis earum, per vestros alios alaudes quod vos abetis de s. Cucufate, qui sunt infra terminos de Mata vel infra terminos de Argentona, vel in terminos de Primilano, vel de villa Azari, vel infra terminos de Taliano, et de nostro iure in vestra tradimus potestate, sive s. Cucufati, ipsum alaudem supranominatum Villare Teudberto, sicut supra insertum est. Et advenit ad me Reimundo, gratia Dei comite et marchio, per genitores meos vel per quacumque voce, et ad me Ermessindis, comitissa, per meum decimum. Quod si nos comutatores, aut ullusque homo, qui contra hanc scripturam comu-

tacionis nostre venire temptaverit, aut aliquid molestius agere voluerit, vel ista scriptura inrumpere narraverit, hoc quod repetit, vindicare non valeat, sed insuper sint culpabiles tam nos comutatores quam ullusque homo, et persolvere faciant ad s. Cucufatem cenobium vel ad vos ipsa terra in duplo superius scripta cum omni sua inmelioratione, et in antea ista scriptura firma permaneat omnique tempore.

Facta scriptura donacionis II.° non. oct., a. primo quod cepit Rotbertus regnare, filio Ugone.

S+m Raimundus, gratia Dei comes et marchio; S+m Ermessindis, comitissa, qui ista comutacione fecimus et testes firmare rogavimus; S+m Ermemirus; S+m Odgarius; S+m Gotmarus; Ss. Arnulfus, ac si indignus gratia Dei episcopus et aba; Ss. Gocefredus; S+m Oliba; S+m Amado; Ss. Ermengaudus, levita.

Ss. Segarius, levita, qui ista comutacione scripsit cum litteris dampnatis in V versu et sub ss. die et anno quo supra.

315.

996, noviembre 13.

Los albaceas de Durán dan a San Cugat un huerto situado en "Cabanelas subiriores".

REGESTA: MAS, *Taula*, 302; *Notes*, IV, 170 (n.° CCLXXXI).

A. C. A., Cart., f. 387 *v*, n.° 1126.

In nomine Domini. Ego Arnarisclo, et Alcancia, et Dodado, qui sumus tutores vel manumessores de qd. Durandi. Manifestum est enim quia precepit nobis, ut cartam donacionis fecisemus de ipso orto subreganeo a[d] domum s. Cucuphati cenobi, sicuti et fecimus. Et est ipso orto in comitatu Barchinona, in Valense, intus in villa Cabanelas Subiriores; et afrontat ipso orto de s. Cucuphati cenobi: de orient in ipsa via, et in ipso margine, de meridie in terra de Alcancia, femina, de occiduo similiter, de circi in ipso orto de Manla; qui nobis advenit de qd. Durandi, unde iudicium oblicatum tenemus, ut eis condiccionis ordinante iudicium, ab integrum, cum exiis et regresis earum. Quantum in istas IIII.°r afrontaciones includunt et emendate sicut donamus tibi ad s. Cucuphati cenobi, propter Deum et remedium animam de Durandi. Quod si nos donatores ad ullusque omo, qui contra hanc ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat, aut componamus in duplo cum omnia inmelioratione, et in antea ista donacione firma permaneat modo vel omnique tempore.

Facta ista donacione id. nov., a. quod obiit Ugo rege.

S+m Arnarisclo; S+m Alcancia; S+m Dodado, qui ista donacione fecimus et firmare rocavimus S+m Ollesindo; S+m Gocefredo; S+m Petro.

S+m Sissafredus, sacer, qui ista donacione scripsit et die et ss. anno quod supra.

316. 996, noviembre 15.

Gorguera, Vives y Oriol hacen donación al Monasterio de unas propiedades sitas en "Pozols", cerca de "Magarova".

REGESTA: Mas, *Taula*, 302; *Notes*, IV, 171 (n.º CCLXXXIV).

A. C. A., Cart., f. 36 *v*, n.º 118.

In nomine Domini. Ego Gurguria, femina, et Vives et Oriol, donatores sumus ad domum s. Cucuphati martiris cenobii. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut nullus coegentis imperio nec suadentis ingenio, set propria et expontanea hoc elegimus cum Deo bona volumptate, ut ad predicto domo cartam donationis fecissemus, sicuti et fecimus. Donamus namque ibi casas cum solos et superpositos et curte et terras et vineas et orto cum ipso puteo et arboribus que i[bi]dem sunt, nostrum proprium; qui mihi advenit, ad me Gurguria, per mea excamiatione sive per quacumque voce, et ad me Vives et Oriol, de qd. Baldomare, levita, unde in suum iudicium obligatum tenemus infra metus temporum a sseriem conditionem editum. Et est in comitatu Barch., in terminio de Pozols, prope Magarova. Et affrontat ipsas casas et curte et terras et vineas et orto et puteo et arboribus: de oriente in ipso prado de Pozols, de meridie in rio Maiore, de occiduo in ipsa strada prope ipsa casa de Baldomar, de circi in alia strada qui vadit ad val de Moronta. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic donamus ad predicto domo ipsa haec omnia, ab integro; in ea videlicet ratione, ut ego Gurguria in diebus meis teneam et omni anno donare faciam libra una de cera, et post obitum meum remaneat a Pedres, et omni anno donare faciam a predicto domo ipsa quarta parte. Et post obitum suum, remaneat a predicto domo et non habeatis licemtiam alium seniorem ad facere, nisi de predicto domo, et est manifestum. Quem vero predicta ipsa h — a — ec omnia que a predicto domo donamus, de nostro iure in eius tradimus dominio et potestate, cum exios et regressios earum, ad proprio. Quod si nos donatores, aut ullus homo qui ad ista donatione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus ista haec omnia in duplo illorum inmeliorationes, et in antea ista donatione firma permaneat omnique tempore.

Facta donatione x.°VII.° kal. dec., a. I.° regnante Rodbertus, rex.

S+m Gurguria, femina; S+m Vives; S+m Oriol, nos qui ista donatione fecimus et firmare rogavimus; S+m Audevagrus, presbiter, ss.; S+m Gotmarus; S+m Witardus; S+m Leopardus.

Widisclus, presbiter et monachus, qui haec scripsit et die ss. et anno quod supra.

¶ 317. 996, noviembre 27.

Juicio en el que se decidió la posesión de las aguas del río Xercavins a favor del Monasterio.

A. C. A. Monacales, perg. San Cugat, n.º 83. Orig. En parte roto, y en parte borroso.

℣ [In nomine Domini...] Era XXXVI post millesima, inditione VIIII, anno primo quod cepit regnare Roberto rege in Frantia, coorta est seditio inter Odonem episcopum Gerundensem et Seniofredum, filium, || et Eimo, femina, pro [..... almi] martiris Cucufati, unde prelibatus episcopus fungebatur abbatis officio. Erat namque predicta predia molindina, sita in rivulo vocitato Rio Rubio. Denique cum iam furor illorum || ministrabat ... ma ... domni ..... m ibidem, in loco ad ecclesiam s. Petri, situm in comitatu Barch., iuxta crepidinem prefati rivuli Rio Rubii, inter quos adfuit Aetius Barchinonensis episcopus, et Bonefilius, Sinde || redi prolis cum iudices [Ervigius, presbiter, et Aurucius .....] edus, Aurutius, Bonumhominem, Borrellum, Gustrimirum, qui determinarent atque discernerent eorum asertiones. Presentia vero procerum illorum vel aliarum ingenuarum || personas, Suniefredus, Palumbar ..... us, levita, Pretralatensis, Guigoni, Arnustus, levita, Gerundensis, Lupus, prolis Tedi, Riculphus et Leopardus, proles Odoni, Petrus et Theudebertus, filii Audesindi, Sanla, Motion, Vivas, Ermemir || Guelmus, Bonifilius, Pontius, Ballomare, Sinderedus, Sunifredi, Riopulli, Bernardus, proles Hisimberti, Bonefilius Clariane, Hudalgarius, Audegarius, prolis Amati, Amalricus et alii quamplures diversi vulgus. Ad quarum presentia || appetivit Odo, iam pretextus episcopus, [nomina]tum Sunifredum ex predicta molindina, scilicet de decursu aque illarum quod iam dictus Sunifredus, extorserat vi et deviarat alias, ubi volens sibi edificare molindina nova || ex aqua de ipsas fontes de rivulo que nuncupant Exercavinos, qui semper commixte fuerunt inriguum qui decurrit ad prefata molindina s. Cucufatis tempore oportuno, absque ullius benefitio. Ex qua causa in || terrogarunt iudices nominatum Sunifredum qua ratione hoc agebat, vel qua ratione extollebat ipsas aquas de consueto decursu. Qui ita respondens ait: Semper vicharii castri Rio Rubii [co]nsueti fuerunt [devi || rare predictas aquas de ipsas fontes et de predicto rivulo Exercavinos ubi voluissent. Et exibuit suos testes. Et interrogaverunt illos pretexti iudices; ad qualem molindina servierant aquas predictas vel quales ortos irrigaverant. Et nescientes quid respondere aliquando que vidissent exinde vel ortum inrigare vel molindina molere vel ad aliquam utilitatem illorum vichariorum proficere. Et iusserunt || iudices ad supralibatum Odonem episcopum ad probare ipsas aquas esse de decursu suarum molindinarum. Et prolatus est veridicos testes ferme viginti in unum dantes hoc testimonium: Nos vidimus amplius || quam XXX annos istas fontes et rivulo que dicunt Exercavinus ad qd. Godemarum, qd. clericum vel successores istarum molindinarum tempore oportuno commisceri inriguo et decursu molindinarum istarum || s. Cucufatis. Et cum vidit se predictus Sunifredus circumseptum veritate, angens inter cognoscentium et consiliantium sibi rectitudinem, noluit recipere [iuram]entum illud a testibus, qui promti erant || iurare, rendidit ipsas aquas in potestate supradicti episcopi Odonis in presentiam istorum supradictorum nobilium, dicens ita: Ego Sunifredus, recognosco me errasse

a veritate ac video me comprehensum || ad verbis vestri veritatis et a testimonio testium istorum, qui promti sunt iurare; dimitto hoc sacramentum et exvacuo me in vestrorum iudicio de ipsas aquas que dicunt fontes et ex rivulo illo que dicunt || Exercavinos, et ex omnibus aquis vel fontibus que pertinent ad vestra molindina ab hodierno die et tempore, et relinquo perhenniter habendi in potestate predicti Odonis episcopi vel famulantibus cenobii || almi Cucufati, martiris, ea videlicet taxatione, ut si ego vel ullus vivens, homo vel aliqua subrogata persona, quod fieri minime credo, amplius inquietare vel aliquam molestiam inferre tibi vel famulan || tium predicto domui s. Cucufati martiri presumpserit umquam in tempore, non hoc valeat quod requisierit, sed penitus vacua et exinanita reputetur eius inquisitio, etiam et feriatur sententiis canonum || excommunicationes, et insuper componat in vinculo auri libras x, et in antea hanc scripturam exvacuationis firmis et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Facta exvacuationis formula v.° kal. || decimbras, a. 1.° quod cepit regnare Roberto rege, filium qd. Hugoni.

Seniofredus, ss.; || S+m Bonefilio, filium Sinderedi qd., que alio vocabulo fungitur Henego ||. Lupus, prolis Ted; S+m Riculfus; S+m Leopardus; S+m Seniofredo, ss.; S+m Vives; S+m Amalricus; Hudalgarius; S+m Audegarius; S+m Raimundus; S+m Ooliva; S+m Bernardus, frasarius; S+m Sunifredus; S+m Audegarius; || S+m Gigoni; S+m Tedbertus, ss.; S+m Petrus, ss.; S+m Suniefredus, presbiter, ss.; S+m Audegarius, miles Sunifredi esvacuatoris ||. Ss. Arnustus, levita; | ✠ Senderedus, presbiter, ss; S+m Bernardus; S+m Teudeballus, et isti viri fuerunt ex suprafato exvacuatoris. || S+m Ervigius, presbiter, cognomento Marcho, cui et iudex; S+m Aurucio, iudice ✠ ||.

✠ Bonushomo, levita, scripsi et ss. sub die et anno prefixo.

318. 997, febrero 7.

Quindeleva y su hijo Goltredo venden al abad Odón tres piezas de tierra sitas en Vallmajor, por un mancuso de oro.

REGESTA: Mas, *Taula*, 410; *Notes*, iv, 172 (n.° cclxxxv).

A. C. A., Cart., f. 68, n.° 265.

In nomine Domini. Ego Chindeleva, femina, et filio meo Goltredo, et uxori mee Ballomara, femina, vinditores sumus tibi Odo, nutu Dei abba et gratia Dei episcopus, emtore. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus tibi pecias iii de terras nostras proprias quod habemus in pago Barch., in terminio de Valle Maiore; quod avenit mihi a me Chindeleva, per mea comparacione et ad me Goltredo, per genitores meos, et a me Ballomara, per meum decimum, sive per omnesque voces. Et affrontat ipsa pecia i: de parte orientis in ipso prato de Valle Maiore, et de meridie in terra de Truitelle, femina, et eres suos, et de occiduo in vinea de Sabrosa, femina, et de circi in terra de Adalsindo et heres suos. Et affrontat alia pecia: de parte orientis intus in valle Milana, et de alias partes in terra de s. Cucuphati cenobii. Et alia pecia: de

parte orientis in terra de s. Petri apostoli, et de meridie similiter, et de occiduo in ipso margene et de circi in terra de Gilmiro et heres suos. Quantum in istas affrontaciones includunt, sicut vindimus vobis ipsas pecias III de terras ipsa nostra hereditate, ab integrum, in propter precium mancoso I de auro cocto, et accepit; est manifestum. Quem vero predictas terras, que tibi vindimus, de nostro iure in tuo eam tradimus dominio potestatem, cum exio et regressio suo. Quod si nos vinditores, aut ullusque homo, qui contra hanc ista vindicione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat, aut componamus tibi ipsas terras in duplo cum omnem suam inmelioratione, et ista vindicione firma permaneat omnique tempore.

Facta vindicione VII.° idus febr., a. I.° regnante Raudeberto, rex.

S+m Kindeleva, femina; S+m Goltredo; S+m Ballomara, femina, qui ista vindicione fecimus et firmare rogavimus; S+m Lobatone; S+m Ariemiro; S+m Bellus, presbiter.

Ss. Patricius, presbiter, qui hec scripsit ss. die et anno quod supra.

319. 997, febrero 14.

Remeser vende a Seniofredo una tierra del término de "Aqualonga" en el lugar llamado "Mischideles", por tres mancusos y medio.

REGESTA: MAS, *Taula*, 488; *Notes*, IV, 172-3 (n.° CCLXXXVI).

A. C. A., Cart., f. 78, n.° 308.

In nomine Domini. Ego Remesarius, vinditor sum tibi, Seniofredus, presbiter, emtore. Per hanc scripturam vindicionis mee vindo et tibi terra mea propria quod abeo in comitatum Barchinona, in terminio de Aqualonga, prope flumine Riorubio et prope locum quem dicunt Mischideles, que michi advenit de ienitores meos sive per quacumque voce. Qui affrontad: de oriente in terra de Calvone, de meridie in terra de Marchucio, de occiduo in strada publica, de circi in terra de s. Cucuphati. Quantum istas affrontaciones includunt, sic vindo tibi ipsa terra, totam ab integrum, in propter precium mancosos III et dimidium quod tu emtore precium michi dedisti et ego vinditore de manibus meis accepi, et de ipso precio aput te emtore non remansit, et est manifestum. Quem vero predicta terra que tibi vindo, de meo iure in tuo trado dominio et potestate cum exio et regressio, ad proprio. Quod si ego vinditore, aut ullusque homo qui contra hanc vindicione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus tibi ipsa terra in duplo cum omni immelioratione sua, et in antea ista vindicione firma permaneat omnique tempore.

Facta vindicione X.°VI.° kal. marci, anno I.° regnante Raudebertus, rex.

S+m Remesarius, qui ista vindicione fecit et firmare rogavit; S+m Suniarius; S+m Seniofredus; S+m Adalone.

☧ Gelmirus, presbiter, que hoc scripsit et ss. cum literas fusas et emendatas quod sunt in verso II.° die et anno quod supra.

320. 997, febrero 26.

Vives y su esposa Bellucia ceden al abad Odón una tierra sita en "Pozols", término de Sardañola, a cambio de otra que radica en Saltells.

REGESTA: Mas, *Taula*, 300; *Notes*, IV, 166 (n.º CCLXXV).

A. C. A., Cart., f. 34, n.º 105.

In nomine Domini. Ego Vivas et uxori mee Bellutia, comutatores sumus vobis domno Odo, gratia Dei episcopus sancte sedis Ierundensis ecclesie et nutu Dei abba cenobio s. Cucuphati et fratres vestros monacos. Manifestum est enim quia comutamus vobis terra nostra propria cum arboribus, quod habemus in comitatum Barch., in terminio de Cerdaniola, in locum que dicunt Pozolos; qui mihi advenit per mea comparatione et ad me Bellutia, per meum decimum. Qui affrontat ipsa terra: de oriente in ipso prato, de meridie in rio qui aqua ducit, de occiduo in vinea de nos comutatores, et in terra de s. Cucuphati, de circi in terra et vinea de Oriolus. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comutamus vobis ipsa terra pro ipsa alia vestra terra quod vos habetis in terminio de Palaz Avuzid, in locum quem dicunt Saltellos, et ipsa terra iuxta terra de s. Eulalia, sive iuxta terra de Bardinas. Quem vero predicta terra quod vobis comutamus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestate ad omnia que volueritis facere liberam, in Dei nomine, abeatis potestatem, cum exio et regressio suo ad proprio. Quod si nos comutatores, aut ullusque homo, qui contra ista comutacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componamus vobis ipsa terra in duplo cum omni inmelioratione sua, et in antea ista comutacione firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione IIII.º kal. marcii, a. X.º regnante Ugone, rege.

S+m Vives; S+m Belucia, nos qui ista comutacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Sessemundus; S+m Ovasius; S+m Bonutius.

℣ Gelmirus, presbiter, qui hec scripsit et ss. cum litteras superpositas, quod sunt in verso II.º sive in IIII.º, die et anno quod supra.

321. 997, marzo 11.

Pedro otorga al Monasterio la mitad de las tierras y viñedos que fueron de su esposa.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 107 (n.º CCLXXVI).

A. C. A., Cart., f. 349 *v*, n.º 1026.

In nomine Domini. Ego Petrus, donator Deo et s. Cucufati. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, nullus quoqueaientis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria expont[an]ea mea michi hoc elegi cum Deo bona voluntas, ud a predicto s. Cuchufati cenobii cartam donacionem fecissemus de terras et vineas infra terminum de Laurona vel de Muiale, qui mihi advenit per vocem de uxori mea, qui fuit nomine Igulo, qui mihi fuit tradita in placito

pro suo culpa per adulterium quod illa fecit cum omo nomine Planchero. Et est hec omnia in chomitatu Barch., infra terminum de Laurona vel de Muiala, in omnesque locos ubicumque nulla rem abeo, in terras et vineas et chasas et curtes, in ortos, in molinos, in pratis, in arboribus, in pascuis, tam ermum quam cultum, in regos et in subtus regos, in omnia et in omnibus sic dono ad s. Cucuphati ipsa medietate de omnia, qui mihi advenit de uxor mea predicta, qui fuit, et de quantum ego abeo per qualicumque voce similiter sic dono predicto s. Cucufati ipsa medietate, ab integrum, cum omne illorum afrontaciones, cum exiis vel regresiis earum; et est manifestum. Et de meo iuro hec predicta omnia ad s. Cucuphati trado ad su[u]m proprium, ut in perpetu[u]m s. Cucuphati sit exinde onoratus. Quod si ego donator, aut ullusque omo, qui contra anc ista donacione venerit pro inrumpendum, non oc valeat vendichare, sed componat iam dicta omnia ad s. Cucufati in duplo cum omne illorum inmelioracione, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione v.° id. marci, a. x.° regnante Ugo rege.

S+m Petro, qui ista donacione feci et firmare rogavi; S+m Odegario; S+m Vincencio; S+m Lobatone.

Ss. Baio, scripsi et ss. die et anno quod supra.

322. 997, marzo 22.

Bonfill y su esposa Gisulo venden al abad Odón unas tierras que poseían en "Magarova", por dos mancusos.

REGESTA: Mas, *Taula*, 302; *Notes*, IV, 167 (n.° CCLXXVII).

A. C. A., Cart., f. 36 *v*, n.° 117.

In nomine Domini. Ego Bonefilo et uxori mea Gisulo, vinditores sumus vobis domno Odone, gratia Dei episcopo sancte sedis Gerundensis, et nutu Dei abba s. Cucuphati martiris cenobii, simul cum fratres vestros monacos de iam dicto domo, emptores. Per hanc scriptura vinditionis nostre vindimus vobis terra nostra propria qui nobis advenit, ad me Bonefilio, per vocem uxori mea, et ad me Gisulo, per genitores meos, sive per quacumque voce. Et est ipsa terra in comitatu Barch., in Vallense, in terminio de s. Cucuphati, in locum que dicunt Magarova. Qui affrontat ipsa terra: de orientis in vinea de s. Cucuphati vel de nos vinditores, de meridie in terra de s. Cucuphati, de occiduo similiter de s. Cucuphati, de circi in terra de Baie Miro. Quantum istas affrontaciones includunt, sic vindimus vobis ipsa terra, ab integrum, in propter precium mancusos II, et nichilque de ipso precio apud vos emptores non remansit; est manifestum. Quem vero predicta ipsa terra que vobis vindimus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestatem, cum exio vel regressio suo, a proprio. Quod si nos vinditores, aut ullusque homo, que ad ista vinditione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componamus vobis ipsa terra in duplo cum omnem suam inmeliorationem, et in antea ista vinditio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista vinditione XI.° kal. aprilis, a.° x.° regnante Ugone, rege.

S+m Bonefilio; S+m Gisulo, qui ista venditione fecimus et firmare rogavimus; S+m Baiemiro; S+m Audegario; S+m Gondeberto.

Ss. Guadamirus, presbiter et ⸢monachus⸣, qui ista vinditione scripsi cum litteras rasas in verso IIII.° et verso X.° et ss. die et anno quod supra.

323. 997, abril 5.

Guillermo y su esposa permutan con el abad Odón una tierra sita en "Palacio Avuzid" por otras dos piezas de tierra y una viña que radicaban en Badalona.

REGESTA: MAS, *Taula*, 332; *Notes*, IV, 173 (n.° CCLXXXVII); *Notes*, XIII, 83.
A. C. A., Cart., f. 53 *v*, n.° 195.

In nomine Domini. Ego Wilelmus et uxori mee Wisila, femina, comutatores sumus vobis domno Odone, gratia Dei episcopus et abba cenobio s. Cucuphati et fratres vestros monacos. Manifestum est enim quia comutamus vobis terra nostra propria quod habemus in comitatum Barchinona, in terminio de Palacio Avuzid. Qui advenit ad me Wilielmus, per mea comparatione et ad me uxor, per meum decimum. Qui affrontat ipsa terra: de oriente in terra de Recosindo, de meridie in terra de Godemare, presbitero, de occiduo in terra de s. Cucuphati, de circi in terra de ipsa Torrezela. Quantum istas affrontaciones includunt, sic com[utam]us vobis ipsa terra et accepimus nos comutatores in nostra comutacione alias pecias duas de terra et alia de vinea quod vos habetis in terminio de Bedelona, iuxta terras et vinea de s. Andree et de Senderedo et de Petrus, presbiter, cum mancosos IIII. Quem vero predicta terra, quod vobis comutamus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestate, cum exio et regressio suo, ad proprio. Quod si nos comutatores, aut ullusque homo qui contra ista comutacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus vobis ipsa terra in duplo cum omni inmelioracione sua, et in antea ista comutacione firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione nonas aprilis, a.° I.° regnante Raubertus, rex.

S+m Wilielmus; S+m Wisila, femina, nos qui ista comutacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Sessemundus; S+m Ennego; S+m Borellus, sacer, qui et iudex, ss.

☧ Gelmirus, presbiter, qui hec scripsit et ss. die et anno quod supra.

324. 997, mayo 11.

Juan y su esposa extienden al Monasterio carta precaria de las casas que habitan junto a la torre de Magriñá.

REGESTA: MAS, *Taula*, 598; *Notes*, IV, 173-4 (n.° CCLXXXVIII).—AESBICHER, *Études*. 105.
A. C. A., Cart., f. 132 *v*, n.° 432.

In nomine Domini. Ego Ioannes et uxor mea Susanna, que vocitant Tota. Licitum ese videtur domus Dei edificare et de rebus nostris onorare atque

concedere, audientes prechaciones sanctorum quia elemosina a morte liberat animas, cognoscitis peccata conpuncta divina pietatis, ut pius et misericors sit Dominus in peccatis nostris. Propterea sic concedimus atque tradimus ipsas nostras mansiones, ubi nos residemus, aput ipsa turre, et ipsas terras, et vineas qui ibidem sunt, totum nostrum proprium, quod habemus in chomitato Barch., in terminio de Olerdula, in locum que vocitant Magrinna. Et advenit ad me Ioannes ec omnias suprascriptas, per mea comparacione sive per omnesque voces, *et ad me Susanna per meum decimum sive per omnesque voces*. Et affrontant ec omnias: de parte circi in terra de Sesoldo, vel in terra et in vinea de Guitardo, vel eres suos, de aquilonis similiter in terra et in vinea de iam dicto Guitardo, vel eres suos, de meridie in terra de s. Cucufati martir, de occiduo similiter in terra de s. Cucufati martir, vel in ipsa strada. Quantum istas affrontaciones includunt, omnias oc tradimus a Domino Deo et a s. Cucufati martir cenobitarum, qui est in locum Vallense. Et vires ipsos servientes eam nos tradimus usandi, exfrutandi cannoniter abeant potestatem, sicut in sanctum chanonum resonat, cum exios et regressios earum, a proprio, et propter nostris animabus exorare non pingeam, ut veniam ad remedium anime nostre a Domino nostro Iesuchristo, pater de Celis. In tale videlicet racione, ut in diebus nostris teneamus et possideamus, sine blandimentum de ullumque ominem, et nos in diebus nostris servire faciamus per quisque annos solidatas II a s. Cucufati martir et post obitum nostrum totum remaneat ad infans nostros, quantum supra scriptum est, ut in diebus illorum tenere et possidere eam faciant illos et posterita illorum, sine blandimentum de ullumque ominem, et servire faciant per quisque annos ipsa tascha a s. Cucufati martir, et si unus de illos voluit vindere, non potest vindere, nisi infra illos, si voluerunt emere, aut a s. Cucuphati martir. Et qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, a peccatis nostris anime ipsius sit abligatum, et cum Iuda Schariohz, qui Dominum tradidit, abeat participacionem, et ista donacione inrumpere non permittatur, sed pro temporali iudicio componat quantum et resonat in duplo cum omnem suam inmelioracionem et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione v.° id. madii, a.° I.° regnante Rodberto rege.

S+m Ioannes; S+m Susanna, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Salamirus, presbiter; S+m Susdelane, presbiter; S+m Trasemirus; S+m Fels; S+m Ermenaldo; S+m Davit; S+m Bardina.

S+m Senderedus, presbiter, qui hec scripsi.

325.

997, mayo 14.

Audesindo hace donación al Monasterio de unas casas y tierras del término de Barberá, en la "Susisa".

REGESTA: Mas, *Taula*, 407-8; *Notes*, IV, 171 (n.° CCLXXXIII).
A. C. A., Cart., f. 66, n.° 253.

In nomine {Domini}. Ego Audesindus, donator sum Deo et s. Cucuphati. Magnum mihi gaudium est Deum laudare et glorificare et de meis rebus s. Cucuphati honorare atque concedere. Audiente predicacionem sanctorum Patrum

quia elemosinam a morte liberat animam, cognoscentes pecati maculam honustum compunctus divina pietate ut pius et misericors sit Dominus in peccatis meis. Propterea dono [Deo] et s. Cucuphati propem ipsas meas casas cum curtes, cum solos et illorum superpositos, et pariliata I de terra qui est iuxta ingirum ipsos domos solidos III per cotidie annum ad diem festum s. Cucuphati. Et est omnia in comitatu Barch., infra termine de Barberano, ad ipsa Susisa. Et affrontat iam dicta hec omnia: ad orientem in ipso margine, et de meridie in terra de Adanagille, vel in ipso puio quem dicunt Volturera, et de occiduo in terra de donatore, et de circio in ipso pradello. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic dono ad s. Cucuphati propter ipsas casas, et curtes, cum solos et illorum superpositos, et pro ipsa pareliata de terra culta et erma qui est in girum ipsos domos solidos III pro cotidie annum ad diem festum s. Cucuphati, ab integre, cum exiis vel regressiis earum; et est manifestum. Et de meo iuro propter ista iam dicta omnia sic dono ad s. Cucufati solidos III, ut in perpetuum sit exinde honoratus. Quod si ego donator, aut ullusque homo, qui contra hanc ista donationem venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat hec omnia in duplo cum omnem illorum inmeliorationem. Et in antea ista donatio firma permaneat modo vel omnique tempore.

Facta donatione II.° idus madii, a. I.° quod obiit Ugo, rege.

S+m Audesindus, qui ista donacione feci et firmare rogavi; S+m Iohannis; S+m Tudisclo; Ss. Bonushomo, ss.

Ss. Baio, scripsi et ss. die et anno quod supra.

326.

997, junio 18.

Olivan, Giscafredo y Riqueleva, albaceas de Oriol, hacen entrega al Monasterio de dos almudes de tierra en Guardiola.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 168 (n.° CCLXXVIII).

A. C. A., Cart., f. 264 *v*, n.° 820.

In nomine Domini. Ego Olibane, Giscafredo et Richeleva, donatores sumus a domum s. Cucuphati cenobii, hemptore. Per hanc scriptura donacionis nostre donamus namque modiatas II de terra nostrum proprium, quod abemus in comitatum Barchinone, in termine de kastro Erapruniano, que dicunt a Guardiola; et avenit nobis per nostra manumessoria, ut nos iudicium obligatum tenemus de qd. Auriolus, infra metus temporum. Qui afrontat ipsa terra: de meridie in terra Reimunde, comes, et de aliasque partes in terra s. Cucuphati cenobii. Quantum istas affrontaciones includunt, sic donamus a domum s. Cucuphati ipsa terra, ab integrum; est manifestum. Quod si nos donatores, aut ullus omo, qui contra hanc ista donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componamus ipsa terra in duplo, et in antea ista carta donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta carta X.°IIII.° kal. iulii, a.° X.° regnante ugo rege.

S+m Olibane; S+m Giscafredo; S+m Richeleva, qui ista donacione fecimus et firmare rogamus; S+m Adroario; S+m Plastrato; S+m Bels.

S+m Teudericus, presbiter, qui ista carta scripsit et ss. cum literas fusas in verso II die et anno quod supra.

327. 997, julio 2.

El abad Odón permuta con Ennego (Bofill) casas, tierra, corrales y huerto, más unas viñas sitas en Olorda, por unas tierras situadas junto al Llobregat y en el lugar llamado Conques.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 169 (n.° CCLXXX).

A. C. A., Cart., f. 232 *v*, n.° 728.

In nomine Domini. Ego Odo, gratia Dei episcopus sedis Gerundensis et nutu Dei abba s. Cucufati cenobii simul cum fratres meos monachos de iam dicto domo, comutatores sumus tibi Ennego, qui vocant Bonifilio. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut nullus quoquecoegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea hoc elegimus cum Deo bona volumptate ut comutacionem fecissemus inter nos, sicuti et facimus. Donamus namque tiib in tua comutacione casas cum ipsa turre et curte et ipsa terra qui ibidem est, qui ad eius casa et turre pertinet, qui nobis advenit hec omnia per voce de iam dicto domo s. Cucufati. Et est ipsa hec omnia in comitatu Barch., in terminio de monte que dicunt Olorda. Qui affrontat hec omnia: de orientis in terra de Ferriol vel de Guilelmo, de meridie in via vel in terra de Bonefilio, et de occiduo in terra de Willelmo vel de Bonefilio, de circi in ipso torrente. Et ipsas vineas quod similiter donamus tibi in ista comutacione qui sunt in eius termine supranominato Olorda, affrontant: de orientis in vinea de Willelmo, de meridie in ipso torrente, de occiduo in vinea de Trasoario, de circi in terra vel vinea de Bonifilio. Quantum istas afrontaciones includunt sic donamus tibi ipsa hec omnia in tua comutacione, ab integrum, propter ipsas terras quod tu nobis dedisti in nostra comutacione, qui sunt ipsas terras similiter in eius comitatu. Ipsa I terra que dicunt Insula, qui fuit de Mocone, est iusta alveo Lubricato prope ipso guado que dicunt Bonamicha. Et alias terras sunt in terminio de Micano, in locum que dicunt Concas; et est manifestum. Quem vero predicta ipsa hec omnia que tibi comutamus de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestatem, cum exios vel regressios earum, a proprio. Quod si nos comutatores, aut ullusque homo, qui contra ista comutacione venerit ad inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus tibi ipsa hec omnia in duplo cum omnes illorum inmelioraciones, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista comutacione VI.° nonas iulii, a.° X.° regnante Ugone rege.

✠ Odo, hac si indignus gratia Dei episcopus sancte sedis Gerundensis ecclesie et nutu Dei abba cenobii s. Cucuphati; Ss. Ato, monacus; Ss. Guischafredus, presbiter et monacus, ss.; Ss. Senderedus, presbiter et monacus, ss.; Ss. Alaricus, presbiter et monacus; Ss. David, presbiter et monacus; Gontarius, presbiter et monacus; Ss. Wadamirus, presbiter et monacus; Ss. Wadamirus, presbiter et monachus, nos simul in unum, qui ista comutacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Riculfo; S+m Teudeberto; S+m Austenno.

Widisclus, presbiter vel monachus, qui ista comutacione scripsi cum literas superpositas in verso II et ss. sub die et anno quo supra.

328. 997, julio 2.

Ennego (Bonfill) permuta con el abad Odón una isla junto al Llobregat, cerca del vado llamado "Bonamica" y una yugada de tierra sita en las "Concas" de "Micano", por una tierra, casa y tierra de Olorda que le entrega el Monasterio.

REGESTA: Ribera, *Genealogía*, 195. — Mas, *Notes*, IV, 168-9 (n.° CCLXXIX). — Aesbicher, *Études*, 110. — Pedemonte, *Notes*, 83.

A. C. A., Cart., f. 258 *v*, n.° 796.

In Dei nomine. Ego Ennego, qui vocant Bonefilius, commutator sum vobis Odo, gratia Dei episcopus sedis Ierundensis et nutu Dei abba s. Cucuphati cenobii et fratres vestros monachos de iamdicto domo s. Cucuphati. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut nullus quoquecoegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea hoc elegimus cum Deo bona volumptate, ut commutacionem fecissemus inter nos, sicuti et facimus. Dono namque vobis in vestra comutacione ipsa insula quod fuit de Magone, exceptus ipso tercio et ipso decimo, quod fuit de Ilia; quod est ipsa insula iusta alveo Lubricato, prope ipso guado que dicunt Bonamica. Et in alio loco terra que est in terminio de Micano, in locum que dicunt ad ipsas Concas; et item ibi alia terra in Micano pariliadas II qui sunt in iam dictas Concas; qui mihi advenit hec omnia per comparacione vel per quacumque voce. Et est hec omnia in comitatu Barch., in terminios supra nominatos. Qui affrontat ipsa insula, quod superius dicit: de parte orientis in terra de Iotone vel de Sintela et de Ugone vel de Fruia, de meridie in terra de Cixila et de s. Cucuphati, de occiduo in flumine Lubricato, et in terra de Seniofredus, qui fuit qd., de circi in ipsa strada. Et ipsa alia terra, que est in termine de Micano ad ipsas Concas, id est pariliadas II affrontat: de parte orientis in terra de s. Iacobo, de meridie in terra de Eizone vel de s. Eulalia, de occiduo in via, de circi in terra de Gelmiro. Et ipsa alia terra similiter in Micano, item in Concas, affrontat: de parte orientis in terra de Adalberto sive de Guilielmo, de meridie in via vel in terra de s. Iacobo, de occiduo in terra de s. Cucufati, de circi in terra de Savarigo qui fuit qd. Quantum istas affrontaciones includunt, sic dono vobis ipsa hec omnia in vestra comutacione, ab integrum, propter ipsa vestra kasa et turre, et terra, qui ibi retinet, et vineas quod superius dicit, que sunt similiter in eius comitatu, vel in terminio supra nominato Olorda; et est manifestum. Quem vero predicta ipsa hec omnia, que vobis comuto, de meo iure in vestro trado dominio et potestatem, cum exios vel regressios earum, ad proprietatem iam dicto cenobio s. Cucuphati martiris. Quod si ego commutator, aut ullusque homo, qui contra ista comutacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam ipsa hec omnia ad eius domo in duplo cum omnes illorum inmelioraciones, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista commutacione VI.° non. iulii, a. X.° regnante Ugone rege.

S+m Ennegone, que vocant Bonefilius, qui ista comutacione feci et firmare rogavi; S+m Eigo, femina, qui consciens sum in ista comutacione propter meum decimum; S+m Udalgerio; S+m Suniario; S+m Adrovario.

Ss. GUADAMIRUS, presbiter et monachus, qui ista comutacione scripsi cum litteras superpositos in verso I et in verso VIIII et in verso XVIII, et ss. die et anno quod supra.

329. 997, julio 7.

Honorato hace entrega al Monasterio de unas propiedades sitas en el lugar llamado "Las Corts", término de "Aqualonga".

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 547. — MAS, *Taula*, 220; *Notes*, IV, 174 (n.º CCLXXXIX). A. C. A. ,Cart., f. 14, n.º 25.

In nomine Domini. Ego Onorato, donator sum ad domum s. Cucuphatis martiris cenobii. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, ut nullus quoque coegentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea hoc elegi cum Deo bona voluntate, ut ad predicto domo cartam donationis fecissem, sicuti et facio. Dono namque ibi terra mea cum casa, cum solo et superposito, et curte, meum proprium; qui mihi advenit per mea comparatione sive per quacumque voce. Et est hec omnia in comitatum Barch., in termin{i}o de Aqua Longa, in locum que dicunt ad ipsas Curtes. Et affrontat: de orientis in vinea de me donatore, de meridie in terra de filio meo Senderedo, de occiduo in ipso torrente qui discurrit per imbrem, de circi in terra de Ali. Quantum istas affrontaciones includunt, sic dono ad predicto domo ipsa hec omnia, ab integro, in ea videlicet ratione, ut ego et posteritas mea teneamus et possideamus omnibus diebus vite nostre et per singulos annos dare faciamus ipsa tascha a predicto domo, non habeamus licentiam alium seniorem a facere nisi de predicto domo; et est manifestum. Cum vero predicta ipsa hec omnia que a predicto domo dono, de meo iure in eius trado dominio et potestate, cum exios vel regressios earum, a proprio. Quod si ego donator, aut ullusque homo, qui ad ista donatione venerit ad irrumpendum non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus ista hec omnia in duplo cum omnes illorum inmeliorationes et in antea ista donatio firma permaneat omni tempore.

Facta ista donatione nonas iulii, a.º I.º regnante Rodbertus, rex.

S+m Onorato, qui ista donatione feci et firmare rogavi; Ss. Guimara, presbiter; Ss. Bonucius, presbiter, ss.; S+m Ferreolus.

Ss. Ammatus, levita et monachus, qui ista donacione scripsi cum litteras fusas in verso X vel XI die et anno quod supra ss.

¶ 330. 997, noviembre 18.

Francemiro vende a Ballomar y a su esposa la propiedad que poseía en el Portell, por cinco sueldos.

A. C. A. Monacales, perg., San Cugat, n.º 84 (orig.).

In nomine Domini. Ego Francemiro, vinditor sum tibi Ballomare et uxori tue Guisila, emtores. Per hanc || scripturam vindictionis mee vindoque vobis terra mea propria quod abbeo in comitatum Barch., in termi || nio de Gaqvusago, ad ipso Portello; qui mihi advenit de ienitores meos sive per quacumque

voce. Qui affron || tad: de oriente in terra de Ielmirus, presbiter, et de Ermegoncia, femina, de meridie in aragalio vel in terra de Gel || mirus, presbiter, de occiduo in terra de nos emtores, de circi in torrente. Quantum istas affronta || ciones includunt, sic vindo vobis ipsa terra in propter precium solidos v quod vos emtores pretium mihi dedistis et de || ipso precio aput nos emtores non remansit; et est manifestum. Quem vero predicta terra que vobis || vindo de meo iure in vestro trado dominio et potestate, cum exio et regresio suo, ad proprio. Quod si ego vin || ditore aut ullusque homo qui contra hanc vindiccione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vin || dicare, sed componat, aut componam vobis ipsa terra in duplo cum omni inmelioracione sua et in an || tea ista vindiccione firma permaneat omnique tempore.

Facta vindiccione XIIII.° kal. dec., || a. II.° regn. Raudebertus rex.

S+m Francemiro, qui ista vindiccione fecit et firmare || rogavit; S+m Seniofredus; S+m Ermegaudio; S+m Bulgara.

✠ Gelmirus, presbiter, qui hec scripsit et ss. cum litteras fusas quod sunt in verso v || die et anno quod supra.

331. 998, marzo 30.

Ennego (Bonfill) permuta con el abad Odón el castillo de Masquefa, con sus términos, un alodio en Torres Beces, casas y tierras en Olorda, casas, corrales y tierras en Horta, casas y tierras en Moguda y el Valle Olofret, por el castillo de Gelida, con su iglesia, diezmos y demás pertenencias.

REGESTA: Ribera, *Genealogía*, 63. — Carreras, *Notas Sarriá*, 45. — Balari, *Orígenes*, 582. — Mas, *Notes*, VI, 196-8 (n.° MCCXLIV). — Pedemonte, *Notes*, 83. — Gudiol, *Nocions d'arqueologia*, 316. — Rovira, *Història*, 419.

A. C. A., Cart., f. 165, n.° 536.

Divina cannonum disciplina docet, et auctoritas ecclesiastica commendat, ut prelatos ecclesie, summa cum reverentia, rebus ecclesiasticis regant, et de eorum augmentum semper solliciti esse debent, tamquam boni dispensatores ac fideles Dei ministros, quia oblaciones fidelium predia sunt pauperorum, et sustentacio egenorum, ideo ecclesie aliquid fraudare, sacrilegium est, devotamque ei impendere oblacionem opus Domini est, et peccaminum abolicio. Qua propter ego Ennego, cognomento Bonefilio, prolis scilicet qd. Senderedi, certum quidem ac manifestum est, quia pridem donavi per cartulam donacionis castelum meum Gellita, cum suis municionibus ac pertinenciis, ad domum s. Cucufati Octovianensis cenobii, post meum videlicet obitum servientes ipsius eum habendum et possidendum, et postmodum venerunt monacos eidem domui alumnos ad domnum Odonem, episcopum, sen abba prelibati martiris, et consulerunt eum ut expetisset ad me prefatus Bonefilius quod conmutari eis fecissem prenominatum castrum, et exinde donari eis fecissem aliis ex meis alaudibus unde supplementum in sumpmtibus eidem servorum ecclesie famulantibus habuissent, eo quod oratoratores monasticam disciplinam potius debent expetere quam municiones castrorum devagando custodire. Que ut ego Bonefilius talia audivi et ad prelibato pontifice hec didici, fratribusque suis cenobicis expostulancium eorum preces adquievi. Ob inde ego iam sepe nomi-

natus Bonefilius, placet michi meisque convenit animus, ut huius conmutacionem vobiscum faciam, sicuti et facio. Conmuto quoque vobis vestreque ecclesie s. Cucufati, et in vestra conmutacione dono in primis castrum meum alium que vocant Machchefa, simul cum fines et terminos suos, et cum ipsa parrochia s. Petri, eiusque ecclesia, et cum primiciis et decimis earum terminis. Que affrontat ipsum castrum pretaxatum cum suos termines: de orientis in terminio de castrum Appierola minoris, vel de Castrum Vetulo, de meridie in terminio de predicto Castulo Vetulo, vel in terminio de castrum Gellita, de occiduo in terminio de castrum Subiratos, vel in terminio de Apiaria maiore, de circi in terminio de Apiaria maiore predicti, vel in terminio de Castelleto, qui est alaudem s. Cucufati, sive in terminio de Apierola minore; et item dono vobis in alio loco, in vestra conmutacione in terminio de Olerdula, alaudem ipsum que ad ipsas Turres Becias habeo, id sunt: casas et curtes, cum terras pariliatas decem, et vineas modiatas v, simul cum illorum termines et affrontaciones, quantum habeo ego de ipsa serra de ipsa Granata, usque in terminio de Subiratos, et quantum habeo de ipsas turres qui fuerunt de Provizio qd., vel de Hermenardo qd., usque in ipsa ruira de s. Cruce sedis Barchinona, seu in ipso alaude qui fuit de qd. Dacconi de Corbaria. Et item dono vobis in vestra conmutacione in alio loco in terminio de Olorda, turre qui fuit de qd. Suniario, cum ipsos domos qui ibidem sunt, vel adfuture erunt, cum terras et vineas, cultum vel heremum. Sunt ipsas terras in huius loco prefato, vel in circuitu turris ipsius, id sunt, pariliatas III et vineas modiatas quadraginta. Et item dono vobis in vestra commutacione, in ipso plano prope ipsa strata de Dutimo subtus ipsa strata et desuper ipsa strata de terra pariliatas IIII que ibidem habeo. Et sunt ipsas affrontaciones rei istius: de parte orientis in summitatem moncium de Olorda, et sic vadit per ipsa serra usque super ipsam vallem de Iocundi, et pertingit usque ad ipsam turrem qui fuit de qd. Motam, de meridie per predictam vallem Iucundi vadit usque inde discurrendo per domum de Gustrimiro, et sic vadit prope ipso alaude de Altemiro, et pertingit usque ad flumen Lubricatum, de occiduo in eidem prefato Lubricato, de parte circi pertingit per ipsa vallis de Dutimo et vadit iusta turre de Guadallo, et pervenit usque ad fontem que super casa est de Ferrocincto, et pertingit usque ad summitatem montium de prefata Olorda. Et item dono vobis in alio loco in vestra conmutacione, in terminio de Orta, id sunt: casas, curtes, terras et vineas, cultum vel heremum, et sunt de terras pariliatas IIII et de vineas modiatas XXX, ortos cum pomiferos diversi generis. Suntque rei istius affrontaciones: de orientis in serra de ipsas Fenestrellas, et vadit per alveum Bisoceum et descendit usque in littore ipsius maris, de meridie de ipsa strata qui pergit de flumine Bisoceo, et vadit per villa de Provincialis, et vadit per ipsa turrem blancam, qui est iusta parietes delgatas, et vadit per ipso areneo usque in ipsa via de Orta, et pervadit usque ad curte qui fuit de qd. Cesareo, et pertingit usque ad summitatem montem Aquilario, de parte circi vadit per summitates de ipsas serras qui sunt super Acutellos et super Orta, et super Romanetum, et super Cannellas. Et item in alio loco dono vobis in vestra conmutacione, in terminio de Vallense, in locum quem dicunt Mogoda, casas cum curtes, terras cum vineas, cultum vel heremum, ortis cum arboribus diversi generis. Et sunt terras cultas eandem rei de terra pariliatas XII de vineas modiatas XX; affrontat hec: de parte orientis in terminio de parrochia s. Leta,

et pervadit usque ad fonte de Albiniana, de meridie in flumine Bisoceo, de occiduo in rio de Canalilias, de circi in terminio de Thapias, vel in terminio de Fontaneto, et sic vadit per ipsa serra qui pergit super ecclesia de s. Perpetua. Et item dono vobis in vestra comutacione in alio loco in comitato predicto Barch., ultra collum de Sabbatello vetulo, prope ipsa plania, ipsam vallem de Ollofredi, qui est iusta alaudem s. Cucufati prelibati, quem dicunt valle Gregoria, id sunt: casas et curtes, terras et vineas, cultas et heremas, ortos cum arboribus diversi generis, fontibus cum eorum discursibus, molinaribus et molindinis, cum regos et caputreguos et subtusregos, riguum tt inriguum, pratis ac pascuis, silvis, garricis, montibus et vallibus, cum eorum collibus, petris et speluncis, quicquid videri, tangi, palpari vel dici lingua humana potest. Que affrontat hec prenotata: de parte orientis in terminio de villa que dicunt Elzinellas et vadit iusta terminum de Villarizello, et inde pergit per termine de fisco que dicunt Monte Nigro, et pertingit usque ad ipsa serra qui est super ecclesiam s. Martini sita super Areneos, de meridie iniungit cum fisco de s. Martino iam dicto et vadit per ipsa serra, et iungit in ipso fisco de Torrente malo, de occiduo incoat a predicto fisco de Torrente malo et pergit iusta alaudem s. Cucuphati cenobii quod dicunt Valle Gorguira, de parte circi iniungit in rivulo que dicunt ad ipsa Planca, et inde pergit usque ad flumine nominato Tordaria et sic vadit iusta alveum Tordaria et pergit usque in termine de Villarizello prescripto. Est denique hec omnia prenotata infra termines et limites pretaxato comitato Barch., in locis diversis semotim positis. Quantum istos iam dictos terminos +vel+ ista prenotatas affrontaciones includunt, quantumque ibidem habeo ego sepe nominatus Bonefilius vel habere debeo per quacumque voces simul cum predicto castro Machchefa, et cum ipsa ecclesia s. Petri, cum eorum decimis et primiciis, ac earum oblaciones, cum fines et termines que ad prefato castro pertinent, seu et in alios locos prenotatos, id sunt: cum casas et curtes, terras et vineas, ortis cum pomiferis et arboribus diversi generis, turris vel edificiis, aquis aquarum, molinaris ac molendinis, regos et capudregos, pratis, pascuis, silvis, garricis, montes, valles, colles, petris preruptis, cultum, heremum, planum et declivum, fecundum vel facetum, cum omnes illorum pertinencias, atque illorum adiacencias et utilitates que ad predictis rebus pertinent, quantum quis dici, palpari nominari *capi vel adtractari* potest, quantum ego ibidem teneo et retineo in mea potestate vel retinet cuiusque persona per mea voce, sic ea vobis omnia comuto et in vestra comutacione dono atque contrado ecclesieque vestre, totum ab integre, simul cum exios et regressios earum, in ista videlicet racione, ut quamdiu ego vixero, hec omnia predicta teneam et possideam, vel exfructem, sine blandimentum de ullum hominem, sicut ressonat in ipsa scriptura donacionis quem ego Bonefilius feci de castrum Gellita, ad cenobium iam dictum. Post obitum vero meum remaneat omnia supranotata, ad cenobium prelibatum s. Cucufati, vel et ad servientes ipsius martiris cenobicos, ab omni integritate, ut quicquid ex ipsis omnibus prescripts agere vel facere voluerint, plenam in omnibus licentiam habeant, quemadmodum et de aliis munificenciis predicti cenobii pertinentibus. Et accepi ego vestra ex parte in mea conmutacione, castrum Gellita, sicut vos michi roborastis in ipsa mea scriptura, que in meo iure tradidistis; est manifestum. Et si ego commutator, aut alicuius homo utriusque sexus, qui contra hac conmutacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vendicare, sed com-

ponat aut componam ad prelibatum cenobium prenotata omnia in quadruplum, prout sancti Patres sanxerunt, et in antea ista commutacio plenam in omnibus habeat firmitatem.

Facta commutacione III.° kal. apr., a.° II.° regnante Roberto rege, filium condam Ugoni.

S+m Ennegoni, cognomento Bonefilio, qui ista conmutacione feci, et firmare rogavi, ss.; Seniofredus, levita, ss.; S+m Cixila de Valledexi; S+m Borello; S+m Geriberto; S+m Guadalli; S+m Brandevino; ✠ Aurucio, iudice.

✠ Bonushomo, levita, scripsi et ss. cum duas pinnas et duas tintas, octo versos scripsi cum una penna et una tincta, et alios scripsi cum alia tincta et alia pinna, rasi et emendavi ubi dicit "de meridie in terminio de predicto Castulo Vetulo", sub die et anno prefixo.

332. 998, abril 30.

Sendredo y su mujer otorgan al Monasterio casas y tierras en el término de "Aqualonga".

REGESTA: Mas, *Taula*, 290; *Notes*, IV, 175 (n.° CCXCI).

A. C. A., Cart., f. 20, n.° 49.

In nomine Domini. Ego Sendredus et uxori sue Ermetruite, donatores sumus Deo et s. Cucuphati cenobii. Manifestum est enim quia placuit {animis} nostris, et placet, nullus quoegentis inperio nec suadentis ingenio, sed propria expontanea nobis elegit cum Deo bona voluntas, ut cartam fecissemus ad domum s. Cucuphatis, sicuti et facimus. Donamus namque a predicto domum casas cum solos et superpositos et curte et terra et vinea et arboribus que ibidem sunt; qui est in comitatum Barch., in Aqualonga; qui nos advenit per comparatione vel per quacumque voce. Qui adfrontat: de parte orientis in terra s. Petri cenobii, de meridie in terra s. Cucuphati, de occiduo in rio de Aqualonga, de circi in via. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic donamus Deo et s. Cucuphati, in tali captione, ut nos tenere faciamus et vindeamus et donemus sine blandimento de ulloque homini, et nos et posteritas nostra, et per unumquemque annum semper donare faciant vel faciamus ipsa tascha ad domum s. Cucuphati. Quod si nos donatores, aut ullusque homo, qui contra hanc donacione venere ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat predicto domum s. Cucufati in duplo, cum sua inmelioratione, et in antea iram Dei incurrat super eum et cum Iuda Scariot participacionem habeant, et in antea ista donatione firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donatione II kal. madii, a. II.° regnante Robertus, rex.

S+m Sendredus; S+m Ermetruite, qui ista donatione fecimus testesque firmare rogavimus; S+m Campio; S+m Recemir; S+m Bagio.

Eldemar, sacer, scripsi et sub ss. die et anno quod supra.

333. 998, mayo 11.

Mozón permuta con el Monasterio una tierra sita en el Ripoll hasta "Palacio Auzid", por otras tierras yermas próximas a la ciudad de Barcelona.

REGESTA: Mas, *Taula*, 334; *Notes*, IV, 170 (n.º CCLXXXII).
A. C. A., Cart., f. 55 *v*, n.º 204.

In nomine Domini. Ego Mozon comutator sum tibi domno Odo, abba, fratresque vestros monachos s. Cucuphati Octavianensis cenobio. Manifestum est enim quia comuto vobis terra mea propria quod mihi advenit per mea comparatione vel et per quacumque voce. Que est ipsa terra in comitato Barch., in Vallense, ubi dicunt Riopullo, prope ipsum alveum Riopullo, iuxta locum et confinium de Palatio Auzid. Que affrontat: de parte orientis in terra de Eicio, de meridie in sepe nominato Riopullo in medio eius alveo, de occiduo in terra de Miro, de circi in ipso semitario que inde pergit. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comuto vobis ipsa terra, ab integre, et ditioni vestre comuto, propter alias peciolas de terra heremas separatim positas, que in comutacione mea accepi, que sunt in ipsos vinearios supra civitate Barchinona; et est manifestum. Quem vero predicta terra que ego vobis comuto, de meo iure in vestro dominio et potestate, simul cum exios et regressios suos ad vestrum plenissimum proprium ut quicquid exinde agere vel facere volueritis licentiam in omnibus habeatis et perfruatis per omnimoda tempora, sicuti et de aliis munificentiis cenobii vestri pertinentibus. Et si ego comutator, aut et alicuius homo, qui hoc ad inrumpendum venerit, non hoc valeat vendicare, sed componat, aut componam vobis iam dicta omnia in duplo cum omnem suam inmeliorationem, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione v.º idus madii, a. XI.º regnante Ugone rege, qui dux fuerat pridem.

S+m Mozon, qui ista comutacione feci et firmare rogavi; S+m Paulo; S+m Revello; S+m Bellutio; S+m Christiano; S+m Audevagrus, presbiter

℣ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno[1] prefixo.

1. *Seguía* quod, *pero fué borrado.*

334. 998, julio 28.

Vives y su esposa Bellucia hacen donación al Monasterio de una propiedad situada en el Castell, del término de "las Fexes".

REGESTA: Mas, *Taula*, 305; *Notes*, IV, 176 (n.º CCXCII).
A. C. A., Cart., f. 41, n.º 133.

In nomine Domini. Ego Vives et uxori mee Bellutia, donatores sumus Deo et s. Cucufati martiris. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, nullus coegentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria nostra hoc elegimus cum Deo bona voluntate, ut aliquid de proprietate nostra donare

fecissemus ad domum s. Cucufati, sicuti et facimus; donamus namque ad predicto domo casa et curte, terras et vineas, cultas vel eremas, et arboribus pomiferis sive glandiferis, hec omnia nostrum proprium quod habemus in comitatu Barchinona, in terminio de ipsas Fexas, in locum quem dicunt ipsum Castello. Qui mihi advenit ad me Vives, per genitores meos, et ad me uxor, per meum decimum. Qui afrontat hec omnia: de oriente in terra de Iochefredo, vel de Dodado, de meridie in terra de Vidal vel in ipsa Guardia, de occiduo in terra de Trasoario sive in torrente, de circi in ipso rio quem dicunt Rio Maiore. Quantum istas affrontaciones includunt, sic donamus ipsa hec omnia ad domum s. Cucuphati servientesque ipsius, sicut aliis aulodibus vel munificentiis ad eius domo pertinentibus, cum exio et regressio suo, ad proprio. In tali racione, ut ego Vives, in diebus vite mee, teneam et possideam sine blandimentum de ullumque hominem. Post obitum vero meum remaneat ad uxori mee vel fiiliis meis vel posteritas mea; et de ipsum fructum, quod Deus ibidem dederit, dare faciant ad domum s. Cucuphati ipsa tascha. Et si necessitas fuerit eis vendere et de domo s. Cucuphati emere voluerint, non habeant licentiam alio vendere; et si servientes de domo s. Cucuphati emere noluerint ± licentiam habeant± vendere quisquis eum voluerit emere, et quisquis eum emat de ipsum fructum, quod Deus ibidem dederit, per singulos annos dare faciant ipsa tascha ad domum s. Cucuphati. Quod si nos donatores, aut ullusque homo qui contra hac ista donatione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus ipsa hec omnia in duplo cum omne inmelioratione sua, et in antea ista donatione firma permaneat omnique tempore.

Facta donatione v.° kal. augusti, a. II.° regnante Raudobertus, rex.

S+m Vives; S+m Belutia, nos qui ista donatione fecimus et firmare rogavimus; S+m Wifredo; S+m Miro; S+m Sunla.

☧ Gelmirus, presbiter, qui hec scripsit et ss. die et anno quod supra.

335. 998, agosto 11.

Sendredo y su esposa Ermengarda permutan con el abad Odón cinco almudes de viña situados en el término del Monasterio, por otros ocho almudes sitos en "Cheminel".

REGESTA: Ribera, *Genealogía*, 61. — Mas, *Taula*, 220; *Notes*, IV, 176 (n.° CCXCIII).

A. C. A.,Cart., f. 15, n.° 28.

In nomine Domini. Ego Sendredus et uxori mee Ermengarda, comutatores sumus vobis domno Odone, gratia Dei episcopus et nutu Dei abba cenobio s. Cucuphati, et fratres vestros monacos. Manifestum est enim quia comutamus vobis vineas nostras proprias modiatas v quod habemus in comitatum Barchinona, in termin{i}o de s. Cucuphato vestrum cenobium. Qui mihi advenit ad me Sendredo, de ienitore meo, et aliquid per mea complantacione, et ad me uxor, per meum decimum. Qui affrontant ipsas modiatas v de vinea: de oriente in vinea de Tudis, quod ille hedificavit in aulode de predicto domo s. Cucuphati, de meridie similiter in vinea de s. Cucuphato, vel de Suniarius,

de occiduo in vinea de nos comutatores, de circi similiter in vinea quod nos comutatores complantavimus in aulodem de predicto domo s. Cucuphati. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comutamus vobis ipsas modiatas v de vinea, et accepimus nos comutatores in nostra comutacione alias vestras terras et vinea modiatas VIII, totum placibilem, sicut convenit inter nos et vos, quod vos habetis in termin{i}o de Valle Vitraria, in locum quem dicunt Chaminel, iusta ipsas nostras terras et vineas. Quem vero predictas modiatas v de vinea, quod vobis comutamus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestatem, cum exios et regressios earum, ad proprio. Quod comutatores aut ullusque homo, qui contra hanc comutacione venerit ad inrumpendum non valeat vendicare, sed componat aut componamus vobis ipsas modiatas v de vinea in duplo cum omni inmelioratione sua et in antea ista comutacione firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione III idus augustus, a. II.° regnante Raubertus, rex.

S+m Sendredus; S+m Ermengarda, nos qui ista comutacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Poncius; S+m Sendevadus; S+m Sissoallus.

℣ Gelmirus, presbiter, qui hec scripsit et ss. cum litteras rasas vel emendatas, quod sunt in verso III die et anno quod supra.

336. 998, agosto 27.

Ermemiro permuta con el abad Odón un verdegal sito en "Palacio Auzido", junto a la calzada, por unas viñas que radican en "Monte Galliner".

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 251. — MAS, *Taula*, 411; *Notes*, IV, 177 (n.° CCXCIV).

A: Original, A. C. A. Monacales, perg. San Cugat, n.° 85. En el verso del mismo, con escritura siglo XIII: "Ripolet, Palacio Audito".

B: A. C. A., Cart., f. 69, n.° 272.

In nomine Domini. Ego Ermemirus, comutator sum vobis domno Odone, episcopus et abba de cenobio domum s. Cucuphati simul cum fratres || tuos monachos de ipso cenobio. Manifestum est enim quia comutavi vobis ipso meo verdegario, cum aqua et arboribus, pomiferis et ali || is arboribus, qui infra sunt, meum proprium; qui mihi advenit per comparacione, vel per ullasque voces; et est ipsa terra cum arboribus et cum ipsa aqua in comita || tum Barch., in terminio de Palazio Auzido, subtus ipsa {cal}ciata via. Et affrontad ipso verdegario: de parte orientis in ipso || rego {de ipso molino, qui fuit de Gunsemiro}, et de parte meridie sive de occiduo in terra de Seniofredus, de parte vero circi iniungit in ipso alaude de predicto ceno || bio domum s. Cucufati. Quantum istas afrontaciones includunt, sic comuto vobis ipsa terra cum ipso verdegario et ipsa aqua, ab integre, || cum exios vel regressios earum, a proprio, pro alias vineas qui sunt in Montem Gallinario; et est manifestum. Et de meo iuro in vestra potestate trado || dominio et potestatem ad omnia que volueritis facere. Quod si ego comutator, aut ullusque homo, qui contra hanc ista comutacione || venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componam vobis ipsa terra cum verdegario in duplo cum omnes suas || inmelioraciones, et in antea ista comutacione omnique tempore firmam habeat potestatem.

Facta comutacione VII.° kal. setembris || a. II.° regnante Rodebertus rex, post Ugoni.

S+m Ermemirus, qui ista comutacione feci et firmare rogavi; || S+m Lupone; S+m Riculfus; S+m Fedancius. ||

Ss. GUILLARA, presbiter, scripsi cum litteras superpositas in verso v.° die et anno quod supra.

337. 998, septiembre 21.

El conde Ramón con su esposa Ermesinda venden a Ennego Bonfill el fisco llamado Valle de Olofredo, junto a Vallgorguina, por cuatro onzas de oro.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 131, 148-9, 207, 211, 248. — CARRERAS, *Argentona*, 26; *Orígenes*, 27. — MAS, *Notes*, IV, 177-8 (n.° CCXCV). — GALLARDO, *Del Mogent*, 84. — PEDEMONTE, *Notes*, 82.

A. C. A., Cart., f. 332, n.° 981.

In Christi nomine. Raimundus, gratia Dei Barchinonensis comes, simul cum dilecte coniux mea Ermesentis comitissa, vinditores sumus tibi Ennego, que vocant Bonifilius, prolis qd. Sindaredi, emptore. Per hac scriptura vinditionis nostre vindimusque tibi fisco que vocitatur Valdem Oldofredi, id sunt, casas et curtes, terras et vineas, cultas et eremas, ortos cum diversis generibus arborum, cum fontibus et eorum discursibus, cum molinaribus et molinibus, cum regos et caputregos et subtusregos, riguum et inriguum, pratis, pascuis, silvis, garricis, montibus et vallibus, cum illorum collibus, petris et speluncis, quicquid videri tangi, farique potest lingua humana. Et est hec omnia, divina gratia largiente, nostro in comitatu Barch., ultra collum de Sabbadello, prope ipsa planca, iuxta alodem s. Cucufati cenobii que dicunt valle Gregoria. Advenit mihi iam dicto fisco, que tibi vindo, per genitori meo qd. Borrelli, comiti, cui sit requie, vel per parentum meorum, sive per omnesque voces, et ad me Ermesentis comitissa, per meum decimum vel per omnesque voces. Afrontat predicto fisco, que tibi vindo: a parte orientis in terminio de villa que dicunt Olcinellas, et vadit iuxta termine de Vilarzello, et inde pergit per termine de fisco que dicunt Monte Nigro et pertingit usque ad ipsa serra qui est super ecclesiam s. Martini sita super Arennios, de meridie iniungit cum fisco de s. Martini iam dicti et vadit per ipsa serra, et iniungit in ipso fisco de Torrente malo, de occiduo namque incoat a predicto fisco de Torrente malo et pergit iuxta alodem s. Cucuphati cenobii que dicunt Valle Gorguira, de parte vero circi iniungit in rivulo que dicunt ad ipsa Planca et inde pergit usque ad flumine nominato Tordera, et sic vadit iuxta alveo Tordera et pergit usque in termine de Villarzello suprascripto. Quantum istas afrontaciones includunt et isti termini coartant vel circumsepiunt, sic vindimus tibi iam dicto fisco cum omni censu et tributo atque servitia qui inde solitus est exire infra istos XXX annos quemadmodum tu iam dicto emptore consuetudine tua est accipere quantum pertinet ad ipso fisco vel pertinere debet, vel sicut est hodie et fuit istos XXX annos preteritos, sic vindimus tibi illud, ab integrum, in precium uncias quattuor de auro cocto fideliter pensatas, quod

tu nobis dedisti et nos recepimus eas; [est] maniefstum. Quem vero iam dicto fisco que tibi vindimus de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestatem, ad faciendum omnia quecumque arbitrii tui elegerit voluntas. Quod si, ut absit, aliquis homo utriusque sexus adversus hanc cartam vindicionis venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat in vinculo auri libras x tibi perpetim habituras, et in antea ista vinditio firma permaneat omnique tempore.

Facta carta vindicionis XI.° kal. oct. a. II.° regnante Rothbertus rex.

In Dei nomine ego ✠ Raimundus, comes Barchinonensis, qui ista vindicione feci et firmavi, firmareque rogavi; S+m Ermesentis, comitissa, que eam firmavi et firmare rogavi; S+m Seniofredus Barrale; S+m Ilderice; S+m Gitardus, prolis Ansulfi; Ss. Miro Tobar, ss.; S+m Vuitardus, ss.; Ss. Miro; S+m Aurucio, iudice; ✠ S+m Seniofredus; S+m Raimundus.

✠ Iohannes, levita, qui hanc cartam emptionis exnotavi cum die et anno qui supra.

338. 998, noviembre 3.

Amat y su esposa permutan con el abad Odón unas tierras y viñas de Vallmajor y Vallcárcara, por otras de Provenzana.

REGESTA: Mas, *Taula*, 408; *Notes*, IV, 178-9 (n.° CCXCVI). — Aesbicher, *Études*, 125.

A. C. A., Cart., f. 66, n.° 257.

In nomine Domini. Ego Amado et uxori mee, comutatores sumus vobis domno Odone, episcopus s. Sedis Gerundensis Ecclesie et nutu Dei abba cenobio s. Cucuphati et fratres tuos monacos. Manifestum est enim quia comutamus aulodem nostrum proprium pariliatas II de terra et modiatas VI de vinea, hec omnia nostrum proprium, quod habemus in comitatum Barchinona, in terminio de Rexago, in locum quem dicunt Valle Maiore, vel Valle Carchara; qui nobis advenit per nostra comparacione sive per quacumque voce. Et affrontant ipsas modiatas III de vinea: de parte orientis in vineas de s. Cucuphati cenobii, de meridie in Valle Carcara, de occiduo in vineas et terras de iam dicto cenobio, de circi in vinea de Bradila. Et alia modiata I de vinea affrontat: de parte orientis in Valle Carchara sive in vinea de Mirone, et de meridie in vinea de s. Cucuphati vel de predicto Mirone, de occiduo in vinea de Adalsindo, de circi in terra de iam dicto Mirone. Et affrontant I terra: de oriente in terra de s. Petri apostoli, de meridie in terra de Lobatone, de occiduo in Valle Maiore, de circi in via. Et affrontant ipsa alia terra: de orientis in terra de Ermelle, femina, de meridie in Vale Maiore, de occiduo similiter in Valle Maiore in terra qui fuit de Luimo qd. Et affrontat alia terra pariliata I: de oriente in terra de s. Cucuphati, de meridie similiter, de occiduo et de circi in strada publica, vel in vinea de Adalberto. Et in alio loco comutamus vobis modiatas II de vineas qui fuerunt de Quindeberba et de Nevolenda, feminas, ab integre, cum illorum affrontaciones. Quantum istas vel illarum affrontaciones suprascriptas terras et vineas includunt, sic comutamus vobis ipsas terras et vineas totum placibilem, sicut bene convenit inter nos et [vos]. Et accepi-

mus nos comutatores in nostra comutacione alias vestras terras et vineas cum casa et curte et orto cum arboribus, quod vos habebatis in territorio Barch., in locum que dicunt Provonciana. Quem vero predicta hec omnia que vobis comutamus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestate, cum exios et regressios earum, ad proprio. Quod si nos comutatores, aut ullusque homo, qui contra hanc comutacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componamus vobis ipsa hec omnia in duplo cum omni inmelioracione sua, et in antea ista comutacione firmissima et stabilissima permaneat modo vel omnique tempore.

Facta comutacione III.° nonas nov., a. III.° regnante Raudebertus, rex.

Ss. Amado, qui ista comutacione feci et firmare rogavi; Ss. Amalricus, sacer; Ss. Seniofredus, levita, ss.; Ss. Karpio, presbitero; Ss. Seniofredus, levita, ss.; S+m Tedbertus, ss.

℟ Gelmirus, presbiter, qui hoc scripsi et ss. die et anno quod supra.

339. 998, noviembre 22.

Ilies y su esposa Cusca ceden al Monasterio una heredad sita en Sardañola.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 164. — Mas, *Taula*, 300; *Notes*, IV, 179 (n.° CCXCVII). A. C. A., Cart., f. 34, n.° 107.

In nomine Domini. Ego Ilies uxorque mea Cuscha, donatores sumus Deo et s. Cucuphati cenobii. Magnum nobis gaudium est Deum laudare et glorificare, et de nostris rebus sancta Dei ecclesia honorare atque concedere, audiente predicationem sanctorum Patrum, quod helemosinam a morte liberat animam, cognoscentes nos peccati macula honustum compunctus divina pietate, ut sit nobis dominus adiutor et protector ad suo iudicio. Propter hoc donamus alaude nostro proprio, cum casas et curtes, solos et superpositos et arboribus pomiferis et arundinetis et vitis, totum franchum, qui nobis advenit per nostra comparatione vel per quacumque voce; est hec omnia in comitatu Barchinona, in termine Cerdaniola, ad ipso Truliare. Affrontat ipso alode cum omnia prelibata: de orientis in ipsa strada, de meridie in terra de iam dicto domum s. Cucuphati, de occiduo in ipso torente, de circi similiter. Quantum in istas affrontaciones includunt sic donamus predicta omnia ad domum s. Cucuphati, in tale conventum quod nos teneamus et possideamus omnibus diebus vite nostre, nos et posteritas nostra, et dare faciamus exinde de ipso blado, quod Deus ibidem dederit, ad prelibato cenobio ipsa tascha sine fraus, et post obitum nostrum vel illorum fiat ipso alode de domum s. Cucuphati, sicut aliis alodibus vel munificentiis, cum exiis et regressiis earum. Quod si nos donatores, aut ullusque homo, qui contra hanc ista donatione ve[ne]rit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat ad predictum domum s. Cucuphati in duplo, cum sua inmelioratione, et in antea ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta carta donatione X.° kal. dec., a. III.° regnante Reudbertus rex.

S+m Ilies; S+m Cuscha, qui ista donatione fecimus et firmare rogavimus; S+m Viadero; S+m Seniofredus; S+m Argerico.

S+m Senderedus, presbiter, qui hec scripsi ss. et die et anno quod supra.

340. 998, diciembre 23.

Bonfill y su esposa Guisulo venden al Monasterio una viña situada en Magarova por el precio de doce sueldos.

REGESTA: Mas, *Taula*, 323; *Notes*, IV, 179 (n.° CCXCVIII). — Aesbicher, *Études*, II.

A. C. A., Cart., f. 42, n.° 140.

In nomine Domini. Ego Bonefilius et uxori mee Guisulo, vinditores sumus tibi Odo, episcopus et abba cenobio s. Cucuphati et fratres tuos monachos, emptores. Per hanc scripturam vindictionis nostre vindimus vobis vinea nostra propria semodia I quod habeo in comitatum Barch., in terminio de s. Cucuphato, in locum quem dicunt Magarova. Qui mihi advenit ad me Bonefilius, per quacumque voce, et ad me uxor, per genitores meos. Qui affrontat ipsa vinea: de oriente et de omnesque partes in terras et vineas de s. Cucuphato. Quantum istas affrontaciones includunt, sic vindimus vobis ipsa vinea in propter precium solidos XII quod vos emtores precium nobis dedistis, et de ipso precio apud vos emtores non remansit; et est manifestum. Quem vero predicta vinea que vobis vindimus de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestatem, cum exio et regressio suo, ad proprio. Quod si nos vinditores, aut ullusque homo, qui contra hanc vindictione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componamus vobis ipsa vinea in duplo cum omni inmelioratione sua, et in antea ista vindictione firma permaneat omnique tempore.

Facta vindictione X.° kal. ianuarii, a. III.° regnante Raudebertus, rex.

S+m Bonefilius; S+m Guisilo, nos qui ista vindictione fecimus et firmare rogavimus; Ss. Igila, subdiachono, ss.; S+m Henego; S+m Borrel.

✠ Gelmirus, presbiter, qui hec scripsit ss. die et anno quod supra.

341. 999, enero 6.

Hugo y su esposa Eldegarda entregan al Monasterio un almud de viñedo sito en el término del castillo de Querol.

REGESTA: Mas, *Taula*, 553; *Notes*, IV, 179-80 (n.° CCXCIX).

A. C. A., Cart., f. 113 *v*, n.° 380.

In nomine Domini. Ego Ugone et uxori mea Eldegardes, donatores sumus tibi s. Cucufati martiris. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, nullus quoagentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria expontanea voluntate nostra hoc elegimus cum Deo bona voluntas, ut carta donacione fecisemus a domum s. Cucufati martiris. Donamus namque ibidem a domum s. Cucuphati modiata I de vinea; et est ipsa vinea in chomitatum Barch., in terminio de kastro Kerol; et afrontat ipsa vinea: de parte orientis in ipso horto de s. Mikaelis vel in orto de Liuola, et de meridie in terra de Godemar, et de occiduo in terra de Dadeille, et de circi in ipso aragalio, vel in terra de Domenico. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic donamus ad s. Cucu-

fati martiris ipsa vinea, ab integrum, cum exios et regressios earum. Quod si nos donatores aut ullusque omo, qui contra hanc ista carta donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus ipsa vinea in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista carta donacione firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista carta donacione VIII.° idus genuarii, a. III.° regnante Radeberto, filium Ugone, rex.

S+m Ugone, ss.; S+m Eldegardes, qui ista carta donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m ✠ Wustrimiro; Ss. Stradarius, ss.; S+m Liuola.

Ss. RICHELMUS, qui ista carte dona scripsit, ss. et die et anno quod supra.

342. 999, enero 20.

Ermenardo otorga al Monasterio tierras, viñas, casas y otros bienes sitos en La Vid y en el castillo de Subirats.

REGESTA: MAS, *Taula*, 843; *Notes*, IV, 180 (n.° CCC). — AESBICHER, *Études*, 113. A. C. A., Cart., f. 150 *v*, n.° 488.

In nomine Domini. Ego Ermenardo. Magnum michi gaudium est Deum laudare et glorificare, et de meis rebus sancta Dei Ecclesia honorare atque concedere, audiente predicacionum sanctorum Patrum, quia elemosinam a morte liberat animam, recognosco me peccati macula honustum, conpunctus divina pietas, ut sit mihi Dominus adiutor et protector ad suo iudicio. Propter hoc dono alodem meum proprium ad domum s. Cucufati cenobio, que est situs in locum vocitato Hoctaviano. Dono namque ibidem terras et vineas, casas et curtes, et turre, cum solos et superpositos, molinis vel molinariis, ortis, ortalibus, cum regos et subtusregos, et cum caputaquis, et pratis, silvis atque garricis, vel aliis arboribus, rupes vel petras; qui mihi advenit de ienitores meos et per mea comparacione vel per quacumque voce. Et est hec omnia in comitatu Barchinona, in termine de ipsa Vide vel de castrum Subirados. Et affrontad hec omnia: de orientis in ipso torrento de Cannedello, vel in terra que fuit de Morgada, femina, sive de me donatore, de meridie in ipsa strada que pergit de Subirados ad ipsa Vide, vel in alode de Audesindo, iudice, de occiduo in ipsas Rochetes vel in terra de Dacho et de s. Iuliani, de circi in ipsa strada vel in vineas de Geriberto. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic dono ad predicto domo hec omnia predicta, cum terminis et cum exiis vel regressiis earum, ab integre, et de meo iure in eius trado dominio et potestate; in tale capcione, ut ego et successores meos teneamus et possideamus in subdiccione s. Cucufati omnibus diebus vite nostre, et dare faciamus ipsa tascha per hunumquemque annum a predicto domo; et non liceat nobis vindere nec alienare vel supignorare, nisi inter nos aut prelibato cenobio, sicut iuste preciatum fuerit, nec alium senioraticum facere, sed omnimodis perseveret in dominacione vel potestate s. Cucufati. Quod si ego donator aut ullusque homo, qui contra hanc donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componam tibi predicto domo, ipsa omnia suprascripta in duplo cum sua inmelioracione, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta karta donacione x.°III.° kal. feb., a. III.° regnante Raudebertus rex. Ss. Ermenardo, qui ista donacione feci et firmare rogavi; S+m Wifredo; S+m Seniofredo; S+m Cixela; S+m Sesemundo; S+m Richulfo; S+m Mirone; S+m Ansulfo; S+m Argemundo; S+m Baio Miro; S+m Leopardus; S+m Wilielmo; S+m Wimara.

℣ Senderedus, presbiter, qui hec scripsi ss. et die anno quod supra.

¶ 343. 999, febrero 23.

El conde Ramón vende a Bonfill, vicario, parte del fisco de Mont Major, en el lugar llamado "Mercellos", por una onza de oro.

A. C. A. Monacales, perg. San Cugat, n.° 86 (orig.).

In nomine sancte et perpetim manentis Trinitate. Ego Raimundus, gratia Dei commes et marchio, vinditor sum tibi Bonefilio viccario, filium condam Sinderedi, emptore. Per hanc scrip || tura vindionis mee constat me tibi vindere aliquid ex meis munificentiis qui ad meam functionem pertinent. Vindo denique tibi fiscum meum proprium ad nostram functionem || [deditum (?)], id sunt, terris, vineis, casis, cortis, solis ac superpositis, diversis edificiis, pratis, pascuis, [fontibus], atque rivulis, pomiferis, glandiferis, silvis et garricis, cultum et heremum || qui nobis advenit per vocem parentorum meorum vel per quacumque voces. Que est hec omnia in comitato Barch., in Vallense, in terminio Calde[nse vel in termi || ne s. Min]ati vel super ipsum montem Maiorem, in locum que dicunt Mercellos, vel subtus [ipsum mont]em [qui vadit] per ipsa plana ex termino Caldense [..... in] || terminio s. Minati, in locum vocitatum Crivillacum. Que affrontat hec omnia s[upra nominata:] de horientis parte in ipsa serra de Decollatos vel [in vall .....], de || meridie || in Palatiolo de Aries et in serra de Sindovado vel in turrem qui fuit de condam [.....vados], de occiduo in termine de Castellare [.....||....] nos, de circi in torrente de Castrum Gallifa. Quantum istas affrontationes includunt, sic vindo tibi hec omnia pretaxata hoc quantum ibidem [..... ||....] actum per largitionem avi mei condam Soniarii, comitis, ob functionis causa census tributi, et post ipsum condam Eigifredi per manum avunculi mei condam [ienitoris..... || ....] mei Borrell, condam comitis, vel quantum tu ibidem post ipsos retinuisti usque in presenti die per largitionem genitoris mei vel mea [..... Gifredi] .... || ..... nsus tribuit, omnia prescripta tibi [vindo], ab integre, ad tuum francum alaudem, propter untiam unam de auro cocto, quod tu mihi dedisti et [ego recepi; est || manifestum]. Que vero pretaxata omnia que ego tibi de meo iure in tuo trado dominio et potestate, ad tuum [proprium .....] || exinde agere vol[lueris] vel vol[luerint] plenam, in Dei nomine licentiam habeas, simul cum exiis et regressiis earum, ad tuum proprium. Et nullam vocem ..... || ..... Quod si ego vinditor aut ullusque homo qui contra hac vinditione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vendicare, sed componat [aut] componam [tibi is] || ta omnia in duplo [cum omnem] suam inmeliorationem, et in antea ista vindicio firma permaneat omnique tempore.

Facta vinditione VII kal. marcii (?), a. III.° || regnante [Roberto] rege, filium condam Hugoni ||.

✠ Raimundus, gratia Dei comes et marchio; [S+m] Hermessendis, gratia Dei comitissa, qui ista vinditione fecimus et firmare rogavimus; || S+m Guld.... pincerna; S+m Einofredo, ss.; S+m Arnaldus; S+m Cherucio; S+m Guitardo ||.

✠ BONUSHOMO, levita, scripsi [cum litter .....] et ss. die et anno pre[fixo].

344. 999, abril 19.

Vives y su esposa permutan con el Monasterio cierta tierra sita en la "Coma Bertiga" de Arampruñá, por otra tierra yerma radicada en el mismo término.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 180-1 (n.° CCCI).

A. C. A., Cart., f. 260 *v*, n.° 802.

In nomine Domini. Ego Vivas et uxori mea Sponsata, comutatores sumus ad domum s. [Cucufati] vel ad eius servientes. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut nullus quoquecoegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea hoc elegimus cum Deo bona voluntate, ut inter nos comutacionem fecissemus, sicuti et facimus. Donamus namque ad predicto domo in ista commutacione terra nostra conplantata ad vinea edificanda, qui nobis advenit ipsa terra ad me Vivas, per mea comparacione, et ad Sponsata, per meum decimum. Et est ipsa terra in commitatu Barch., in terminio de Erapruniano, in locum que dicunt ipsa Comma Bertiga. Qui affrontat ipsa terra: de orientis in terra culta de iam dicto domo, de meridie in terra erma de iam dicto domo, de occiduo in terra conplantata de eius domo, de circi in terra erma de eius domo. Quantum istas affrontaciones includunt, sic commutamus ipsa terra ad predicto domo vel ad eius servientes, propter ipsa terra quod nos recepimus in nostra commutacione de manus servientes eiusdem domo; qui est ipsa terra simmiliter in eius commitatu vel infra predicto terminio Erapruniano; et est manifestum. Quem vero predicta ipsa terra que ad eius domo commutamus, de nostro iure in eius tradimus dominio et potestatem, cum exio vel regressio suo, a proprio. Quod si nos comutatores, aut ullusque homo, qui ad ista commutacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus ipsa terra ad predicto domo in duplo, cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista commutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista commutacione X.°III.° kal. mai, a. III.° regnante Rotbertus rex.

S+m Vivas; S+m Sponsata, qui ista commutacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Danla; S+m Gotmar; Tedericus, clericus, ss.

Ss. GUADAMIRUS, presbiter et monacus, qui ista commutacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

345. 999, junio 10.

Cixela, su mujer y Ermetruite entregan al abad Odón una viña que poseían en Cercedol, a cambio de unas tierras, propiedad del Monasterio, sitas en "Tiano", junto al Llobregat.

REGESTA: Mas, *Taula*, 297; *Notes*, IV, 181 (n.° CCCII).

A. C. A., Cart., f. 31, n.° 93.

In nomine Domini. Ego Cixela et uxori mee Ermengarda, et Ermetruite, femina, nos simul in unum comutatores sumus vobis domno Odone, pontifice vel abba cenobio s. Cucuphati et fratres tuos monacos. Manifestum est enim quia comutamus vobis vinea nostra propria, quod habemus in comitatum Barchinona, in terminio de Cercitulo, quod nobis advenit ad me Cixela et Ermetruite, per nostra comparatione vel per quacumque voce et ad me Ermengarda, per meum decimum. Qui affrontat ipsa vinea que vobis comutamus: de oriente in vinea de Baio Miro, de meridie in terra de s. Cucuphato, supranominato cenobio, et in terra de Ermengarda, Deo vota, de occiduo et de circi in vineale de s. Cucuphato. Quantum istas affrontaciones includunt sic comutamus vobis ipsa vinea, totam ab integre, et accepimus nos comutatores in nostra comutacione ipsa vestra terra quod vos habebatis in terminio de Tiano, iuxta flumine Lubrigato, totum placibile, sicut bene convenit inter nos et vos. Et est ipsa terra iuxta ipsas terras de Bonamocia, femina, vel de Maurus, sive de nos comutatores. Quem vero predicta vinea, que nos vobis comutamus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestate, ab integre, cum exio et regressio suo, ad proprio. Quod si nos comutatores, aut ullusque homo, qui contra hanc cartam comutacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus vobis ipsa vinea in duplo cum omni inmelioratione sua, et in antea ista carta comutacionis firma permaneat modo vel omnique tempore.

Facta ista comutacione IIII.° idus iunii, a. III.° regni Roberto, rege.

S+m Cixela; S+m Ermengarda; S+m Ermetruite, nos qui ista cartam comutacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Ballofredus; S+m Oliba; S+m Gustrimiro.

℣ Gelmirus, presbiter, qui hec scripsi et ss. die et anno quod supra.

346. 999, octubre 28.

Imula permuta con el abad Odón tierras de regadío, sitas en Vila Mujal, por otra tierra radicada en Llerona.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 181-2 (n.° CCCIII).

A. C. A., Cart., f. 350 *v*, n.° 1029.

In nomine Domini. Ego Imula, presbiter, chomutator sum vobis domno Hodo, gratia Dei episcopus de s. Dei ecclesie sede Iherundense, et nutu Dei aba cenobii s. Cucufati martir. Manifestum est enim quia placuit animis meis,

et placet, quod chomutacionem vobis et cum fratres vestros monacos fecit, sicuti et facio, de terra subreganea; et mihi advenit per donacione aut per omnesque voces. Et est ipsa terra in chomitatum Barquinonense, in Vallense, infra termine Lorona, in villa Muial, ad ipsos ortos. Et afrontat ipsa terra: de orient in terra s. Cucufati, et de meridie in terra s. Mikaelis Barchinona, de occiduo in terra s. Maria, de circi in terra de Durabile. Quantum infra istas afrontaciones includunt, sic comuto vobis ipsa terra subreganea, cum rego <h>unde regare debet, <h>ab integre, et dicioni vestre comittimus, cum exiis et regresis earum, et accepimus nos comutatores in nostra comutacione ex parte alia terra, que est in locum predicto Lorona; et est manifestum, de meo iuro in vestro trado dominio et potestate, ut quiquid exinde agende vel disponere volueritis licenciam in omnibus habeatis, quemadmodum et de aliis munificenciis cenobii vestri et fratres vestros monacos vobis pertinentibus. Et si nos chomutatores aullusque homo, qui contra hanc ista chomutacione venerit pro inrumpendum non hoc valeat vindicare, sed componam aut componamus vobis ipsa terra subreganea in duplo cum omni sua inmelioracione, et in antea ista chomutacione firma permaneat modo vel omnique tempore.

Facta chomutacione v.° kal. nov., a. IIII.° regnante Rodeberto rege.

S+m Immola, sacer, qui ista chomutacione fecit, et firmare rogavi; S+m [Sen]iofredus; S+m Giscafredus, sacer; S+m Aurucius, presbiter.

℣ Wifredus, presbiter, qui hanc ista chomutacione scripsit et ss. die et anno quod supra.

347. 1000, mayo 13.

Los albaceas de Guadamiro otorgan al Monasterio la propiedad que el difunto poseía cerca del castillo de Olérdola.

REGESTA: MAS, *Taula*, 596; *Notes*, IV, 182 (n.° CCCIV).

A. C. A., Cart., f. 129, n.° 424.

In nomine Domini. Ego Amaltrudes, femina, et filia mea Ermillis, abbatissa, et Trasoario, nos simul in unum donatores sumus domum s. Cucufati cenobii. Manifestum est enim quia precepit nobis qd. Guadamiri, levita, per suum testamentum, unde iudicium obligatum tenemus infra temporum meta, ut donari fecissemus ipsa sua hereditate in vineas et in terras ad cenobium prelibatum. Est quippe omnia in comitatu Barch., in ipsa marchia, in terminio de Penedes, prope castrum Holerdola, de nostro iure in eius contradimus dominio et potestate ipsa sua hereditate iam dicta, totam ab integre, simul cum affrontacionibus eorum et cum exiis vel regressiis earum, propter Deum et remedium anime prenotato Guadamiro, levita, ut servientes de prenotato cenobio, qui cenobitani exinde sunt vel fuerint, licenciam inde habeant agere et facere quemadmodum et de aliis munificentiis domui ipsius pertinentibus, ad illorum proprio. Et si nos donatores, aut ullusque homo, qui contra hac donacione mercedem largitionis facta venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vendicare, sed componat aut componamus ad cenobium prelibatum hereditate prescripta in quadruplum prout sancti Patres sanxerunt, et in antea ista donacio plenissimam in omnibus habeat firmitatem.

Facta donacione III.° id. madii, a. IIII.° regnante Roberto rege, filium qd. Ugoni.

S+m Amaltrudes; S+m Ermillis, abbatissa; S+m Trosoarius, nos qui ista donatione fecimus, et firmavimus, firmarique rogavimus; S+m Christianus; S+m Suniefredus; S+m Arnallus.

✠ Scubiliarius, sacer, qui hec scripsi et ss. die et anno prefixo.

348. 1000, julio 5.

Trasoario y su esposa entregan al Monasterio una tierra con sus anejos, enclavada en el término de Sardañola.

REGESTA: Mas, *Taula*, 301; *Notes*, IV, 182 (n.° CCCV).
A. C. A., Cart., f. 35 *v*, n.° III.

In Dei nomine. Ego Trasoario et uxori sue Tresmira. Manifestum est enim quia sic placuit animis nostris, et placet, nullus quoqueagentis imperio nec suadentis ingenio, set propria expontanea nostra hoc elegimus cum Deo bona voluntas cum carta donationis fecissemus, sicuti et fecimus, ad domino Deo et domum s. Cucuphati martir, id est, terra culta et erma, cum arbores; et advenit nobis per comparatione sive per omnesque voces. Est hec omnia in comitatu Barchinona, in terminio Cerdaniola, et affronta hec omnia: a parte orientis in torrente qui discurrit, et de meridie in terra Arcedonia, femina, de occiduo in vinea Mirone, de circi in strada qui pergit ubique. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic donamus ipsa omnia a Domino Deo ad domum s. Cucuphati, propter Deum et remedium animas nostras, ab integrum, cum exiis et regressiis earum, ut in diebus nostris teneamus et possideamus, et nos et posteritas nostra, et dare faciamus et faciat ipsa tascha ad domum s. Cucuphati martir. Quod si nos donatores, aut ullus homo, qui contra hanc ista donacione disrumpere voluerit in quadruplo componat cum sua inmelioratione, et in antea ista donatione firma permaneat omnique tempore.

Facta carta donatione III.° nonas iulii, a. IIII.° regnante Rodberto, rege.

S+m Trosoario; S+m Tresmira, qui ista donatione fecimus et firmare rogavimus; S+m Ermemiro; S+m Guilielmo; S+m Isarno.

Leopatone, sacer, qui scripsit et ss. die et anno quod supra.

349. 1000, septiembre 21.

El abad Odón permuta con Goldregodo tierras sitas en Mont Pedrós y junto a la laguna de Llanera por ciertos alodios de "Magarova" una viña de Tapioles y un caballo.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 146. — Mas, *Notes*, IV, 183 (n.° CCCVI).
A. C. A., Cart., f. 254, n.° 779.

In nomine Domini. Ego Odo, gratia Dei episcopus s. Sedis Ierundensis ecclesie, et nutu Dei abba cenobio s. Cucuphati, simul cum fratres meos monachos, comutatores sumus tibi Goldregodo, femina. Manifestum est enim

quia comutamus tibi terras in duos locos, cum cassa et curte et cassales et vinea et orto cum arboribus subreganeo. Qui est hec omnia in comitatum Barchinona, iusta Monte Petroso, et iusta stagnum Lanaria, in locum que dicunt Alchalei. Qui affrontat ipsa una terra, qui est iusta Monte Petroso cum ipsa casa et curte et kasales et vinea et orto cum arboribus et cum ipso rego: de circi in vinea qui fuit de qd. Conparati vel in via, de oriente in vineas de Cixela, de meridie et de occiduo in torrente vel in ipsa aqua qui cotidie discurrit vel in terra erma. Et alia terra qui est iusta stagnum Lanaria affrontad: de circi in via et in terra de Sessemundo sive de Stephano, de oriente in terra de Godemare, de meridie similiter, de occiduo in terra ex nostro cenobio. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comutamus tibi ipsa hec omnia superius scripta, et accepimus nos comutatores in nostra comutacione alias terras tuas cum casas et curte, vinea, quod tu abebas infra terminos de Magarova, et alio loco vinea quod tu abebas in locum quem dicunt Tapiolas, et insuper aposuisti nobis kavallum I pro uncias duas de auro quod nos expendimus in opus s. Cucuphati, totum placibilem, sicut bene convenit inter nos et te. Quem vero predicta hec omnia, que tibi comutamus, de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestate, cum exios et regressios earum, ad proprio. Quod si nos comutatores, aut ullusque homo, qui contra hanc comutacionem venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus tibi ipsa hec omnia in duplo cum omni inmelioracione sua, et in antea ista comutacione firma permaneat modo vel omnique tempore.

Facta ista comutacione XI.° kal. oct. a. IIII.° regnante Raudeberto, rege.

✠ Odo, hac si indignus gratia Dei episcopus s. Sedis Gerundensis Ecclesie et nutu Dei abba; Ss. Davit, presbiter et monachus; ✠ Audegarius, Dei nutu vocatus abba; S+m Ato, monacus; Ss. Senderedus, presbiter et monacus; ✠ Amatus, levita et monacus; Gonterius, presbiter et monacus; Ss. Scluva, levita et monacus; ✠ Widisclus, presbiter et monacus; Ss. Wadamirus, presbiter et monachus; Guadamirus, presbiter et monachus, nos simul in unum cuncta congregacio s. Cucuphati assencientes, qui ista comutacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Astovallo; S+m Eticis; S+m Dumenico.

✠ Gelmirus, presbiter, qui hec scripsi et ss. die et anno quod supra.

350. 1000, septiembre 21.

Goldregudo permuta con el abad Odón tierras sitas en diversos lugares por otras del Monasterio que se hallaban junto a Mont Pedrós y a la laguna Llanera.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 616. — Mas, *Taula*, 302; *Notes*, IV, 183-4 (n.° CCCVII). Aesbicher, *Études*, 23 y 30.

A. C. A., Cart., f. 37, n.° 119.

In nomine Domini. Ego Goldregudo, femina, comutatrice sum vobis domno Odone, pontifice, et nutu Dei abba cenobio s. Cucufati et fratres tuos monacos. Manifestum est enim quia comuto vobis cassas et curte et terras in duos locos, et in alio loco, vinea. Hec omnia, meum proprium, quod habeo in comitatum

Barchinona, in terminio de Magarova, et alia terra qui est in Ca[m]po Longo iusta flumine Lubrigato, qui fuit de Petro, filio de Bladino; et ipsa vinea est in locum que dicunt Tapiolas; qui mihi advenit hec omnia per genitore meo vel per quacumque voce. Et ipsa terra qui est in Magerova, simul cum ipsas casas et curte, affrontat: de oriente in terra de Anna, femina, et pervadit usque in alveo Lubrigato, de meridie in torrente, de occiduo in terra de Anna vel in strada publica, et in terra de Geriberto et de Venrello, et de iam dicta Anna, de circi in terra de Oderigo vel de Anna iam dicta. Et in alia terra, qui est in Campolongo, qui fuit de Petro, filio de Bladino, comuto vobis ipsa me[a] hereditate cum eorum affrontaciones, et ipsa quarta parte, et ipsa vinea qui est in Tapiolas; affrontat: de circi in vinea de Zela, et de oriente in vinea de Suniefredo, de meridie in vinea de s. Cucuphati, de occiduo in vinea de Ricolo, femina, vel de filiis suis. Quantum istas superius scriptas affrontaciones includu[n]t, sic comuto vobis hec omnia, totum ab integre, et insuper addidi vobis cavallum unum pro uncias duas de auro cogto. +Et accepi ego comutatrice+ in me{a} comutacione alias vestras terras iusta Monte Pedroso, cum casas et curte et casales et orto, cum arboribus, subreganeo et vinea; et in alio loco alia terra iusta stagnum Lanana, totum placibilem, sicut bene convenit inter me et vos. Quem vero predicta hec omnia, que vobis comuto, de meo iure in vestro trado dominio et potestate, cum exiis et regressiis earum, ad proprio. Quod si ego comutatrice, aut ullusque homo, qui contra hanc comutacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componam vobis ipsa hec omnia in duplo, cum omni inmelioratione sua, et in antea ista comutacione firma permaneat modo vel omnique tempore.

Facta comutacione XI.° kal. octob., a. IIII.° regnante Raudeberto, rege.

S+m Goldregudo, femina, qui ista comutacione feci et firmare rogavi; S+m Stefanus; S+m Rechosindus; S+m Baldomare.

℣ Gelmirus, presbiter, qui hec scripsi, et ss. cum litteras fusas, quod sunt in secundo verso et superpositas, quod sunt in verso VIIII.° die et anno quod supra.

351. 1000, noviembre 29.

Astovalo y su mujer permutan con el abad Odón la mitad de cierta tierra sita en el castillo de Cervelló, junto al río, añadiendo nueve onzas de oro, por una yugada de tierra del mismo término.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 184-5 (n.° CCCVIII).

A: Orig. A. C. A. Monacales, perg. San Cugat, n.° 90.

B: A. C. A., Cart., f. 227, n.° 710.

In nomine Domini. Ego Astovallo et uxor mea Savilo, femina, comutatores sumus vobis domno Odone, pontifice vel abba cenobio s. Cucufati [1] et fratres vestros monachos. Manifestum est enim quia convenit ut inter nos ut comutacionem || fecissemus, sicuti et facimus. Donamus namque vobis in comutacione vestra terra et orto subreganeo cum arboribus, cum suo rego et suo caput aquis. Hec omnia nostrum proprium quod abemus in comitatum Barch.,

infra termines de castrum Cerve || lione, ad ipsos ortos, prope flumene Lubrigato; qui mihi advenit ad me Astovallo per kartam donacionem quod mihi fecit uxor mea nomine Savilo, et ad me uxor per meum decimum sive per quacumque voce. Qui affrontad ipsa terra: de oriente in terra de vestro || cenobio, de meridie in via, de occiduo similiter in via, de circi in rio qui cotidie discurrit. Et ipso orto subreganeo affrontad: de oriente in orto de Bonefilio, de meridie in terra de iam dicto Bonefilio, de occiduo in terra de vestro cenobio, de cir || ci similiter. Quantum istas suprascriptas affrontaciones includunt, sic comutamus vobis ipsa terra et de ipso orto ipsa medietate pro alia terra vestra pariliata I quod vos nobis dedistis in terminio de Castelone, prope flumine Lubrigato, et insuper donamus || uncias VIIII de auro cogto, sicut bene convenit inter nos. Quem vero predicta hec omnia que vobis comutamus de nostro iure in vestra tradimus dominio et potestate, cum exiis et regresiis earum. Quod si nos comutatores aut ullusque homo qui contra hanc || comutacione venerit ad inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindichare, sed componat aut componamus ad domo s. Cucufati ipsa hec omnia in duplo cum omni inmelioracione sua et in antea ista comutacione firma et sta || bilis permaneat modo vel omnique tempore.

Facta ista comutacione III kal. decemb., a. v.° regnante Rotberto, rege.

S+m Astovallo; S+m Savilo, femina, nos qui ista comutacione facimus et firmare rogavimus; || S+m Sabrone; S+m Comparatus, quem vocant Calvucio; S+m Ioanne; S+m Agela; S+m Helias. ||

✠ Gelmirus, presbiter, qui hec scripsi et ss. cum litteras fusas quod sunt in verso I die et anno quod supra.

1. *Sigue en A*: Manifestum est enim convenit, *pero fué cancelado con una línea horizontal.*

352. 1000, diciembre 19.

Los albaceas de Olserga otorgan al Monasterio una pieza de tierra sita en Palou.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 185 (n.° CCCIX).

A. C. A., Cart., f. 346 *v*, n.° 1013.

In nomine Domini. Ego Guitiza, Framarig, Venrandus, Adroario, donatores sumus ad domum s. Cucuphati cenobii. Manifestum est enim quia precepit nobis qd. Olserga, femina, ut cartam fecisemus ad prelibata domo de aliquid de proprietate sua, sicuti et facimus Donamus namque facxea I de terra, quod est in pago Barch., in Valense, in villa Palaciolo; advenit nobis per manumissoria de qd. supradicta Olserga, femina, unde iudicium obligatum tenemus infra metus temporum a serie condicionis editum. Affrontat: de circi in terra de Guitiza, de oriente in strada, de meridie in terra de Audegario vel fratri suo, de occiduo in terra de s. Iuliani martir. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic donamus ipsa terra ad pernotata domo, ab integre, cum exio et regressio suo, a proprio. Et qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus in duplo cum sua

inmelioracione, et in antea ista donacio firma permaneat modo et omnique tempore.

Facta donacione XIIII.° kal. ian., a. v.° regnante Roberto, rege.

S+m Guitiza; S+m Framarigo; S+m Venrando; S+m Adroario, nos qui hanc donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Oliba; S+m Guilielmus; S+m Bonushomo.

℣ Suniarius, presbiter, scripsit et ss. die et anno quod supra.

APENDICE

353. 997, abril 16.

Eldrigo permuta con el abad Odón unas viñas sitas en Palausolitar o en Plegamans por otras que ha recibido del Monasterio.

REGESTA: MAS, *Notes,* IV, 272 (n.° CCCCXXXVI). — BALARI, *Orígenes,* 234 y 250.

El Rdo. Mas incluye esta permuta entre las últimas del reinado de Roberto con la fecha 1031, haciendo notar la inexactitud en que incurrió el escribano o el copista.

En efecto: la permuta se hace al abad Odón, que murió el año 1010, y la fecha dice: "anno primo quo obiit Rodbertus rex", esto es, el año 1031.

Como con esta particularidad no conocemos ningún otro documento y, por el contrario, hay muchos datados "anno primo quo obiit Hugo", al mismo tiempo que empezaba a contarse por el año primero de Roberto, es fácil que al escribano o copista se le escapara un "lapsus calami", escribiendo Roberto en lugar de Hugo. En cuanto al año, creemos que podría ser el 997, pues el escribano Elías, sacerdote, el 11 de enero de dicho año databa aún por los años de Hugo (MAS, *Notes,* IX, 73, n.° CLXXII) y entre esta fecha y la de la presente escritura podría haber llegado a conocimiento de dicho escribano la muerte del rey Hugo.

BALARI, en su libro *Orígenes,* en la página 250, lo fecha en el año 997, y en la página 234, en el año 996.

Además del escribano Elías figuran en otra escritura del año 997 (MAS, *Notes,* IV, número CLXIX) los monjes Senderedo, David y Giscafredo. También en este tiempo se halla muchas veces Audevagro, que podría corresponder al Advagro que figura como testigo en la presente escritura.

A. C. A., f. 369 *v*, n.° 1068.

In nomine Domini. Ego Eldrigus, comutator sum vobis Odone, episcopus vel abba s. Cucuphati, et Sendredus, monachus, Davit, Giscafredus et Gimaro et Adalbertus, monachus et presbiter. Manifestum est enim quia dono vobis in vestra comutacione quarteradas V de vinea franca, et in alio loco quarteradas III de vinea; propterea dono vobis ista hec omnia, que iam suprascripta est, pro alia vestra terra hunde vos cartam excaminacionis michi fecisti. Qui est ipsas vineas in comitatum Barch., in Vallense, in terminio de Palatio Salatan, sive in termine de Plegamans. Qui afrontat ipsa vinea: de parte circi in vinea de Teuderando, de aquilonis in vinea de domno Bonofilio, de meridie in vinea de Iohanne, de occiduo in vinea de Teuderando. Et alia vinea afrontat: de circii vel de omnesque partes in ipso feo. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic dono vobis ipsas vineas pro alia vestra terra hunde vobis kartam excamiacionis michi fecistis, a vestrum proprium. Quod si ego comutator, aut ullusque homo, qui contra hanc ista comutacione inrrumpere temptaverit, non hoc valeat vindicare, sed componat hec omnia suprascripta in duplo cum omnem suam imelioracione, et in antea ista comutacione firma permaneat modo vel omnique tempore.

Facta comutacione XVI. kal. madii, a. I. quod obiit Rodbertus rex.

S+m Eldricus, qui hec comutacione fecit et firmare rogavit; S+m Lonias; S+m Teuderando; S+m Advagro.

Ss. Elias, sacer, scripsit et sub ss. et die et anno quod supra.

ADICIONES BIBLIOGRAFICAS A LOS DOCUMENTOS

Doc. n.º 2. REGESTA: Bofarull, *Los condes*, I, 37-8. — Puig, *L'Arquitectura*, II, 2.ª part, 287.

" 3. EDIT.: Valls, *Figures*, 9-10.

" 4. EDIT.: La cita como publicado *Catalonia Monastica*, I, 349.
REGESTA: Bofarull, *Los condes*, I, 37-8. — Puig, *L'Arquitectura*, II, 2.ª part, 89.

" 9. REGESTA: Milá, *Apéndice*, 586, 597. — Aesbicher, *Études*, 64. Rovira, *Historia*, III, 417.

" 40. Aesbicher, *Études*, 15.

" 40, 42 y 51. Original Arch. de Montserrat.

" 56. Milá, *Apéndice*, 600.

" 59. Balari, *Orígenes*, 532.

" 64. Original, Arch. de Montserrat.

" 65. Milá, *Apéndice*, 600.

" 65 y 66. Pedemonte, *Notes*, 77.

" 69, 71 y 90. Original, Arch. de Montserrat.

" 92. Balari, *Orígenes*, 254.

" 106. Original, Arch. de Montserrat.

" 112 y 127. Milá, *Apéndice*, 600.

" 130. Balari, *Orígenes*, 255, 256, 297. Milá, *Olérdula*, 156; *Apéndice*, 600.

" 131. Peray, *San Cugat*, 109, nota.

" 132. Rovira, *Historia*, III, 429.

" 134. Milá, *Olérdula*, 516; *Apéndice*, 600.

150, 170 y 171. Pedemonte, *Notes*, 78.

Doc. n.º 159. Peray, *San Cugat*, 109, nota.

" 161. A. C. A.,Cart., f. 58, n.º 216.

" 173. Marca, 938. — Bofarull, *Los condes*, I, 109. — Milá, *Olérdula*, 945; *Apéndice*, 588. — Iranzo, *El claustro*, 6. — Puig, *Episcopologio*, 96. — Balari, *Orígenes*, 188, 254, 274, 286, 288, 289, 290. — Puig, *L'Arquitectura*, II, 2.ª part, 88, 218. — Carreras, *La Ciutat*, 378. — Rovira, *Historia*, III, 72. — Pedemonte, *Notes*, 20.

" 211, 212, 213, 215, 216, 218, 219, 220, 222. Carreras, *La Ciutat*, 215, nota, 375.

" 217. Balari, *Orígenes*, 293. — Carreras, *La Ciutat*, 190 y 215, nota, 375.

" 223. Milá, *Apéndice*, 600.

" 227. Carreras, *Notas Sarriá*, 19.

" 238. Balari, *Orígenes*, 548.

" 254. Carreras, *La Ciutat*, 218.—Puig, *Episcopologio*, 97. — Pedemonte, *Notes*, 80.

" 259, 271, 286 y 292. Milá, *Apéndice*, 600.

" 282. Mas, *Taula*, 594. — Puig, *L'Arquitectura*, II, 2.ª part., 117.

" 284. Carreras, *Notas Sarriá*, 19.

" 293. Iranzo, *El claustro*, 8. — Puig, *L'Arquitectura*, II, 2.ª part, 117.

" 298, 313, 324, 340-1, 347. Milá, *Apéndice*, 600.


" 331. Senpere, *L'art barbre*, 64.— Urueña, *La legislación*.

ERRATAS

Doc. n.°	*Línea*	*Dice*	*Debe decir*
5	9	silimiter	similiter
14		Véase el n.° 18	Véase el n.° 19
18	5	Kasas	kasas
18	22	doanator	donator
30	27	a. XII	a. XIII ó XXIII
37		37	36
36		36	37
40		f. 216	f. 218
43	9	heco mnia	hec omnia
50	17	amnum	annum
76		n.° 864	n.° 814
76	10	ipsa cum	ipsa casa cum
78	5	Sumiario	Suniario
79	1	Senla	Sanla
83		n.° 1065 *bis*	1066
84	9	it terra	in terra
84	9	Ispasiano	Spasiano
85	14	III kal.	IIII. kal.
90	13	niihil	nichil
98′	3	curtam	cartam
99	3	placit	placuit
102′	6	pasto	pacto
103		f. 267	276
106′	8	imeliora-	inmeliora-
109		Ha de ser el pasará a ocupar	110, y el 110 el lugar del 109
109	25	akl.	kal.
106	6	comitatu	comitato
106	6	que dicunt	qui dicunt
109	10	aloem	alveum
123	12	suditione Cuc.	suditiones. Cuc.
124′	15	fe || cimum	fe || cimus
125	4	presbitier	presbiter
130′	1 y 2	ipsus	ipsos
130	19	vedit	vadit
130	32	Eriogio	Eroigio
130″	11	exrutandi	exsrutandi
130″	20	eis	eius
131	1	frater	fratres
131	4	donamus	danamus
131′	7	dectistis	dedistis
134	8	chasis	chasibus
134′	13	prenstatam	prenotatam
135	A. C. A.	f. 377	f. 376.
136	[año]	981	980
139		(n.° XXVI)	(n.° CXXVI)
139″	37	cum	eum
143		(n.° CXXI)	(n.° CXXXI)
143	7	Wirnarani	Wimarani
144	4	vinee	vinea
151	10	domo	dono
152	19	ium	cum
154		(n.° CXI)	(n.° CXL)
162	2	vocan	vocant
165		165	164
165′	5	a. XXX.°	a. XXXI.°
164		164	165
174	2	Arceduia	Arcedunia
174′	13	Spanesidus	Spanesindus
177	16	Leudovio	Leudovico
185	9	nichils	nichil
197′	4	contienet	continet
204	10	Guirso	Guiso
206	16	porabiter	poraliter
208′	17	vidicare	iudicare
212	12	maniestum	manifestum
213		987	988
216′	20	met	meet
225		agosto 9	agosto 10
228	3	maniefstum	manifestum
234	12	voibs	vobis
244	2	fretresque	fratresque
246	16	nee.	mee
254	6	invicen	invicem
267	6	quamobem	quamobrem
277	3	s. Patri	s. Petri
286	13	aim	iam
294	13	Giscafredi	Giscafredus
295′	16	ett	et
297		*El conde Borrell*	*Borrell*
302	22	prefruas	perfruas
313	6	oros	ortos
331″	9	tt	et
337′	1	maniefstum	manifestum
349′	5	kasales	kassales

INDICE

		Páginas
Prólogo		V
I.	Cartularios: su definición; su antigüedad; su razón de ser; su utilidad	VII
II.	San Cugat del Vallés	XI
III.	El cartulario de San Cugat	XIV
IV.	Autenticidad del cartulario	XX
V.	El cartulario de San Cugat jurídica y diplomáticamente	XXX
VI.	El cartulario en Barcelona	XXXIX
VII.	Edición del presente cartulario	XLIII
VIII.	Conclusiones	L
IX.	Bibliografía	LX
X.	Fuentes manuscritas	LXVII
Documentos		I
Apéndice		299
Adiciones bibliográficas de los documentos		300
Erratas		301



INSTITUT
AMATLLER
D'ART HISPÀNIC
ID. BIB: 18534
NUM REG: 856

INSTITUTO AMATLLER
DE ARTE HISPÁNICO
N.º Registro: 856
Signatura: Hist
Vallès (Barcelona)
Sala
Armario
Estante



CONSEJO SUPERIOR
DE
INVESTIGACIONES
CIENTÍFICAS

JOSÉ RIUS, Pbro.

CARTULARIO
DE
«SANT CUGAT»
DEL VALLÉS

Vol. I

SECCIÓN DE ESTUDIOS
MEDIEVALES DE BARCELONA

BARCELONA
MCMXLV